put, ioces acuti quidquam habet, ut illo quem mo-  
do posui loco, adductis quæ ad eamdem translatio-  
nem faciunt aliis, & quorsus tandem si aures vacuas

habeant non eas aduertere iubet, sed animum; quia  
pænitèret verborum antecedentium. Itaque vide  
verius sit:

*Aures votitæ si sunt animum aduertere,  
Votitus qui voto quo minus quid faciat impedit  
Asinaria:*

*Nolo habere illam caussam & votitam dicere.  
Lepidè igitur histrio: si, inquit, voto tenemini  
minus autib[us] mea dicta usurpetis, at vos animi  
usurpate. Lusit nimirum in eo, quod immobiles  
mini natura apes dedit, vt ex aduerteri non possint  
nimis aduertere vulgatissimum loquendi gen-  
hoc igitur agere eos iubet.*

Eadem fabula, Scena Si sapitis.

*Qui amat tamen hercle si esurit nullum esurit.  
Immuto leuiter, sed, quod ausim præstare, vero*

*Qui amat tamen hercle et si esurit, nullus esurit.  
Tamen et si probum & antiquæ notæ verbum hic  
timeli cùm esset, propè euanuit. Id reponenda  
etiam in Terentio, Andra: Nihil audio*

*Ego te commotum reddam. DA. tamen et si hoc verum  
Ita enim optimum fragmentum Colonense, quo  
æde maxima adseruatur. Nullus esurit, pro non esse  
notum loquendi genus. Pomponius: Lapathium in  
lus vescebat, lardum lurcabit libens.*

#### C A P V T X V.

*Varronis duo fragmenta composita. eiusdem Modij argumen-  
tum, & indidem sententia adducta expressa de Pla-*

*VERE hoc vulgo dicitur ei' uat' a'ris, meritò  
doctissimi viri semper monuerunt, fugiendam in  
stitu in eptam leuitatem. in iis togatorum eruditio-*

mos Varro, cuius super hac re sententiam, quæ Melagris eius heserat, ex Nonij duobus locis à me compositam hoc adscribam:

Nou modò furis apertis, sed penè natibus apertis ambulas:  
cum etiam Thais Menandri tunicam habeat ad talos  
demissam.

Notat schema vestitus nostro seculo non insolens:  
vbi & hoc noto, vidêri politissimum virum more  
suo alludere ad locum poëtæ veteris æqualis sui, cer-  
tenon multo maioris Turpilij, ex cuius Demiurgo  
hac adferuntur:

*Aperta suræ, brachia autem procera horrorem mihi*

*Ex corde exsuscitabant.*

Verba sunt, vt apparer, puellæ fastidientis in proco  
& corpore enormi & deformi habitu. Itaq. sibi eas  
nugias odio ac senio esse ait, vt ex eadem hac fabula  
titat Nonius. Eadem de caussa scriblerat Modium,  
quo, vt ex fragmentis intelligimus, in vietu & vesti-  
tu reprehendit vtrumque τὸ ἀλέοντε καὶ τὸ ἔλασσον; pro-  
sunt, id quod titulus docet, τὸν μεσότητα. Modius  
nam ipsi planè id est, quod Græcis τὸ μέσον, M. Tul-  
lio mediocritas quæ inter nimium & parum est. In  
quo libro præter cetera memorabile illud & tam-  
quam è tripode Apollinis oraculum; non eos optumè  
pervisse, qui diutissimè vixent, sed qui modestissimè, id est  
modice. Quis verbis postremis ad Plauti, vt solet, al-  
luit, Persa:

*Modice & modestè melius vitam vivere.*

### CAPVT X VI.

Euripidis Medea locus emendatus, & cum simili Ciceronis  
compositus.

EVRIPIDIS Medea primore statim fabula ita

B 3

allo-

Lactati  
ktiones

22 VERISIMILIVM  
alloquitur puerorum regiorum magister eorumdem  
alumnam anum.

τές δὲ χιθνητῶν; ἀρπαγώνεις τοῦ  
δέ πᾶς πεῖ αὐτὸν τῷ πέλαξ μᾶλλον φίλῳ.

Cum illa questa esset Iasonem benivolentie &  
tatis in suos parum meminisse; subiiciens hic  
tandem, inquit, non idem facit; iam intellegis  
cum esse vulgo quod dicitur;

Omnis sibi esse melius malle, quam alteri.

Sic enim verbum posteriorem interpretatus est:  
νικίου, ut recte videt eruditissimus Victorius: idcirco  
que praeclarè priorem ita ut nos scribisimus laudemus  
scholiaste admonitus, cum vulgo aliter legatur. Sic  
iicit deinde ille apud Euripidem caustarum quo  
contentionem, quis inducti amicos sibi plenius  
postponant:

οἱ μὴ διαιωτοὶ, οἱ δὲ καὶ κέρδεις χάρει,  
εἰ τεχόει γέ οὐντεὶς σέργει πατήρ.

Quorum verbum praece difficile est ut depellat  
sententia iamdudum suscepta, legendum videtur  
μὲν θάνατόν. Primùm vicinitatem litterarum non  
quis cōsideret, & is maximè qui librariorum & co-  
pendia & duætum ex libris manuscriptis nouit, non  
iplasm rē putet. Hoc enim, opinor, vulgata lectione  
nat, minùs multos quam debet amare, partim in  
partim avaritia impulsos, quod & falsum & ineptum  
est. Falsum, quia si philosophos audias, vix vñqu  
magis amabis amico, ut ius amicitiae non migreret  
eptum; quod potius opponendi sufficientij qui iniuriant  
desererent amicos, iis qui iuste; quam qui avarum  
At nostrum hoc quod reponimus huic loco aptum,  
alij, inquit, ambitione acti se amicis anep-

tum, nonnulli etiam turpis lucri cupidine: ne tu id  
non inique feras, si sui amoris causa pater liberos ne-  
gat. Ponit eadem M. Tullius Lælio, ut quosdam  
populos, ad quos multæ multorum amicitia faciant  
aufragium. Sin autem ad adolescentiam perduxisti-  
tia, dirimi tamen interdum contentionem vel uxoriæ  
conditionis, vel commodi alicuius quod idem vter-  
que adipisci non posset. quod si qui longius in ami-  
citu proeucti essent, tamen sape labet etari, si in ho-  
noris contentionem incidissent. Quem ad hunc ipsum  
Empidis locum respexisse valde suspicor: ita eadem  
omnia utroque posita, quæ beniuolentiae ascindui-  
de sunt; ambitio, avaritia, uxoria condicio.

## CAPUT XVII.

*Paccuuij versus aliquot compositi de conjectura, & correcti.*

NONIVS in Senium ex Paccuuij Peribœa hæc

adducit:  
Parum est quod te ætas male habet, ni etiam hic ad ma-  
lem etatem cruciatum adiungas reticenti.

Hoc nemo non videt, mediocriter doctus saltim, lit-  
eram fugitiuam vocis postremæ reprehendendam,  
retinaculum, reticentia. Illud fortasse non item, videri hæc  
lectohefisse aliis aliquot versibus, quos malè diuulsos  
timidissimos. Nonij locis quatuor ita compello, ut sic dicam,  
inexplicatum & compono.

se. Lapit cor cura, erumna corpus conficit.

N. Parum est, quod te ætas male habet, ni etiam hic ad  
malam

Etatem cruciatum adiungas reticentia?

Esfare, quæ cor tuum timiditas territat?

se. Mane, expedibo actutū: ibi quod cōtra rogo Respondeas.

Certè sententia examissim quadrat, & vt non in  
olim cohererint, utilius tamen heic legentur coni-  
ctè, quām diuulse apud Nonium, in Senium, Lap-  
Timor, Expedibo.

Idem, Accusatiuus pro Genitino.

*Pacuvius Peribæa. Regnum imperator, eternum no-  
rum sator.*

*Lego, Regum imperator, eternum mœrūm sator.* Men-  
pro murus ian tralatitium. Est precationis ad  
uem initium: vt liquet ex his quæ ab eodem Gram-  
matico conscripita non longè à superioribus hec  
videtur:

— veniam precor,

*Petens, vt quæ egi, ago, axim verrunt bene.*  
Vicem mantisæ, vt antiqui loquebantur, adiiciam  
ad hæc Pacuvij quæ ex eodem dramate laudantur  
Nonio:

Nam me perbitered, illis opitularier

*Quotis exirio cupio, dum pro sim modo,  
vidēri respexisse Terenti. cùm illa scriberet Andri-*  
*Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio deboe,  
Conari manibus pedibus noctesque & dies,  
Capitis periculum adire, dum pro sim tibi.*

### CAPUT XIX.

*Vocare. Vocationes. Emendatus Eunicho Terentius  
Sticho Plautus semel.*

*TERENTII Eunicho quod vulgatur,  
Te mihi patronam cupio Thais, te obsecro.  
rectius in mss. est, & libris melioribus, capio. Ver-  
enim mos Romanorum tangitur. è plebe homini  
instituto Romuli, quos vellent è patriciis patronos  
capio.*

LIBER PRIMVS.

25

ciebant, quorum præsidio & opibus tuti essent: neque fas erat à patrono clientem deseriri. auctor Dio-  
nius historiarum secundo. Vel igitur hic respexit,  
vel urbanius etiam Chærea patronā capit tamquam  
nouus libertus eius, cuius se paullò ante seruum ges-  
tus.

### Eadem fabula:

*Quæcum amatore suo cùm cœnant, ligurriunt,  
Harum videre inluiuiem, sordes, inopiam.  
Et heic verissimè fragmentum Colonise, Quæ quom  
auatores vocant, ligurriunt. Vocare Latinè dici, quod  
nō vulgò inuitare notū est. in eo emendandus Plau-  
us Sticho:*

*Sed generi nostro hac redditia est benignitas,  
Nulli negare soleo, si quis me vocat.  
Abici omnes, si quis me esum vocat: sed istud, esum, ir-  
rituisse è glossa vel versus arguit, cui nequam me-  
den conatus est Lambinus. Hinc Catullo voca-  
tiones:*

*Vos conuiua lautiora læti  
De die facitis, mei sociæles*

*Quarunt in triuio vocationes.*

*Querunt in triuio vocationes.*  
videlicet Iustino lib. x x v i i. Hieme deinde immi-  
tente non in coniuio sed in campo, non in vocationibus sed in  
exercitationibus, nec inter sodales sed inter æquales aut equo  
aut cursu aut viribus contendebat. Ita enim isthic legen-  
dum amicissimum mihi, flos Germaniæ, Palmerius  
me monuit, cùm publicetur in epte vocationibus aut  
ad vocationibus. Neque verò in loco Terentij me mo-  
uent, mutili isti centones, qui Donati nomen præfe-  
runt quod dissentire videntur. Quis enim non videt  
in eptissima illis sàpè à nescio qua mala manu adsuta?  
et hic quidem lectionem vngatā interpretationem  
eius, quod ego reposui. Neque versus lababit,

B 5

fī

si nō quom neque elices & produces: more veterum  
qui & consonandi D syllabæ extendēdæ adiiciebas

## CAPUT XIX.

Aucupare. Quo pro quod. Threces. M. Varro De lingua Latina quarto libro correctus: item Cæcilius.

ERUDITE M. Vargo, ut omnia, libro De lingua Latina quarto, verborum origines ait aut vulgaribus & populo quoque non planè incognitis; Grammaticas, quæ occultiores; aut denique philosophicas & Stoicas, quo difficillimè atque adeo perueniri possit. Itaque se ex opinione magis quam certa scientia de iis traditurum profitetur. Quam inquit, rbi adius & initia regis: quo si non perueniam sciam ad opinionem aucupabor. quod eriam nonnumquam salute nostra facit cum ageremus medicis. Vbi sententia multò illustrior & fortean locus constitutus est, legeris? quo si non per genero scientia, at opinione aucupabor. Mendi occasio fuit in AD quarta littera perlungo. Aucupari aliquid pro inuestigare Latinis vltissimum. Plautus Milite:

Videntu illam oculis venaturam facere atque aures auribus?

Ita Cæcilio aucupari argutum, est anquirere & inveniendo eo satagere. Sic enim lego apud quinque Donatum in Eunuchum Terentij:

— Quid tibi aucupatio est  
Argentum: aut de meo amore verbificatio  
Patri.

malè vulgo, argumentum. Sensisse autem quod possumus Varronem indicant quæ non multò postea quuntur: De nostris dicam, cur sint: de alienis, unde sunt: de nobis.

re veterum  
aduicet  
ro De long  
De libro  
at vulga  
genitas;  
que phis  
e adeo  
agis qui  
Quoniam  
miam fave  
umquaque  
fentent  
tus em  
ne ambo  
a perfec  
inis vita  
autem  
& in  
de apud  
od p  
pōsi  
nde fin  
de nō  
dellatis relinquam. quorum partim, quod ita inuenierim,  
relinquam, scribam. Sic enim ex mss. isthic scriben-  
dam, & quod positum pro quod. idque saepius quam  
quicquam suspicatus haec tenus est, factū nos alibi do-  
cimus. Eodem Varronis libro Ennij versus laudatur:  
O terra trita, ubi Liberi fanum in ciuum muro locauit.  
mendosè, quis non videt? sed corrigendum censeo:  
O terra Threca, ubi Liberi fanum inclutum locauit.  
Pens à libtis, & notum est Threcas in mss. esse, quos  
non male mea sententia Thracas vulgamus: alterum  
exorumdem vestigiis: habent enim, ciuum, vnde  
diximus, ut alij sententie supplendae adiecerint, muro:  
quod hic tam conuenit, quam in tragœdia foccus.  
de confort religiosissimè Bacchi orgia apud Threcas  
celebrata, eaque de re pleni veterum libri, ne à me  
exempla exspectes.

## C A P V T   X X .

Praesidium pro viatico. Emendata Plauti Paenulus.

PLAUTI Paenulo in illa affabré adornata falla-  
da, qualeno in plagas Agorastoclis compulsus est, hi  
versus leguntur. Scena, Iam isthuc ego reuortar.  
Immo ut ipse nobis dixit, quo accures magis,  
Trecentos numos Philippeos portat, præ sibi.  
De subornato illo Spartiata sermo est, quem aiunt  
vnde nequam faciat aurum habere. Sed inibi quid  
sibi volunt obsecro ista, præ sibi? nem ego quidem  
cunctorum ignarissimis scio. Vide tamen si commo-  
de in mentem venit, malè diffiluisse syllabas, scri-  
pendumque esse:

Trecentos numos Philippeos portat praesidij.  
Praesidium eleganter pro commeatu sive viatico po-  
suit,

28. VERISIMILIVM  
suit, quod fami arcendæ sit: vt & Sticho:

Cynicum esse egentem oportet parasitum prob  
Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium  
Marsupium habeat, inibi paullum praesidij,  
Qui familiarem suam vitam oblectet domi.

Portare igitur numos praesidij, est in comeaturum  
sumtum secum ferre. Eadem fabula, Scana Se  
tis spectatum est.

Ibo intr' hanc vt meo hero memorem. nam huj  
adis seuocem.

Corrige, ante adis euocem. Paucis post versibus:  
Nam & hoc nocte consulendum, quod modo concredat  
Mirum, rugisse plerosque leuissimum mendum  
ge, Nam & hoc doctè consulendum. Nihil huc nor fac  
& docta consilia, docta dicta, docti doli, semper Co  
micis in ore & sermonibus.

### CAPVT XXI.

Pecua præcia. Præcia. Species luminis. Specere. Atij fu  
gimenta multoties emaciatate apud Nonium.

E naufragio scriptorū L. Attij quasi tabulas quid  
dam collegenti mihi in manus venerunt vitiōse quid  
dam & hiantes, quas resarcire conatus sum, bene  
secus alij viderint.

Nonius in Pecua.

Attius Diomede. Pafsim que præda pecua balabant agn  
Fortassean corrigendum, Pafsimq; præcia pecua. Præ  
cia à præciendo, quòd clamore & balatu pastorum  
antecedant. certè eodem modo Præciæ dicti tam  
quam proclamatores quidam, qui Flamines annue  
debant, & clamore opus fieri prohibebant: de q  
bus vide Festum.

In No.

In Nobilis.

*Mt. Diom. Me Argos referam, nam hic suam nobilis, ne  
cui cognoscari noto.*

*Selvo & litterarum ductu restituo, Ego me Argos re-  
feram, nam hic cluo iam gnobilis.* In Insolens.

*Attius Diom. Ita è fletu & tenebris obstinatus speciem  
amisi luminis Conficiunt insolentiam.*

*Proprius germanam scripturam editio Nonij vetus  
Veneta; è qua, eiecto dunitaxat E, scribo: Ita fletu &  
tenebris obstinatus speciem amisi luminis. Speciem lumi-  
nis dixit per eleganter pro visu. Specere enim & spi-  
care antiquè videre est.* In Exanclare.

*Attius Diom. Ferè exanclauimus tyranni ingenium se-  
sum & exscrabile.*

*Antibendum, Feri: ut ad tyrannum referatur.*

In Caussari.

*Attius Medea. Qui potis est repellri quisquam, vbi nullus  
est caussandi locus.*

*Verum est, refelli, arguta sententia. Nemo, sit, con-  
suntur, cui sui purgandi protestas non datur.*

In Tabificabile.

*Attius Medea. Par neci orbiforc liberorum letho & tabi-  
ficabili.*

*Amendo, Pernici orbiforc. In Aucupai.*

*Idem Medea. Ego me extollo in abietem, altè ex tuto pro-  
spectans aucupo.*

*Attius esse opinor, prospectum aucupo. Exempla su-  
popsui, & alia vbiique obuia.*

### CAPVT XXII.

*Ante aduersa. Illy. Addubitatum de Planti versu Bacchidi-  
bus: alius inidem emendatus.*

*SCÆNA, Iamdudum Pistoclère.*

*Quo*

LITERAT  
CITIONES

*Quo nunc capessis tete hinc aduersa via  
Cum tanta pompa?*

An hic aduersa via, quam infeliciter & diuisa  
ingressus sis? an verius est, auersa via. Ut significet  
quod explicavit pluribus Asinaria, sic:

— *hac quidem non venit, angipotio*

*Illuc per hortum circuit clam, ne qui se videret.  
Sed inclinat animus credere, fuisse olim:*

*Quo nunc capessis tete hinc aduersa avi.  
ob ea quæ antecedunt: ea verò quæ publicam  
fulciendo versui videntur excogitata. Aduersa  
est altera, & omnis mali. Poëta vetus apud  
ceroneum.*

*Soluere imperat secundo rumore atque aduersa avi.*

*Scena, Atridæ duo.*

*In dolis ego cœprensus sum, ille mendicans penè inueni  
interiit.*

*Dum ibi exquirit fata illorum. assimiliter mihi  
abigit.*

*Res est non coniectura, fata illorum. Ilij pro liens  
bus de quorum fatis hic agit. Sic poëta nescio quod  
Ilius Hector.*

#### CAPVT XXXI.

*Mos antiquus in nuptiis. Mutinus Tritinus. Mutinus, Mo  
to. Mutoniatus. Præsidere. Correctus Lactantius,  
locis duobus Lucilius.*

*MIRA superstitio fuit veterum in omnium  
rum primitiis diis suis consecrandis. Et vide fides  
ineptias, & ride. etiam noua nupta, prius quam  
maritum deduceretur, obscenæ Dei in sinum loca  
tur; ut hic quoque iure suo pudicitiam eius pra  
bendi*

LIBER PRIMUS.

31

budi frustrati ne videretur: auctor Lactantius di-  
stutis  
mutorum Institutionum primo. Et Tutilinus, in cuius  
istitutio  
padente nubentes president, ut earum pudicitiam pri-  
t signifi-  
ca prædib. sse videatur. Emendo, Mutinus, siue mavis,  
latus. Tutilinus deus quod equidem sciām necdum  
tus est, & nihil hic facit siue Tutilinus siue Tu-  
linus, quis tuendi nostri, si credimus, cura est. Mu-  
tinus autem Latio, qui Graciae Priapus, teste Diuo  
Augustino: idemque Festus Mutinus Tutilinus dici-  
tur. Faciebant illi sacra velatae, vnde nuptae dicun-  
tur, & in togis prætextis, vnde, quia dum porro ita  
dubcentur ad maritum acclamabantur, ferentur  
in dipterium abierunt verba nupta & prætextata  
proberis & obscenis. Ab hoc Mutino & in nobis  
de quo sumus mutinum dicimus, & mutones siue  
moniatos bene vasatos, & quibus peculium, istud  
virile, calcaritas non attigit. Manauit exinde la-  
tius, vt iaceretur in quemuis impurum. Lucilius:  
Et maton' manū perscribere posse tagacem.  
verbū reponendum fulpicor duobus eius-  
locis apud Nonium. primū in Se-  
cundū:

In numero quorum nunc primū Trebelliu' multo  
Obmarcesebat, febris, senium, vomitus, pus.  
alim. Trebelliu' muto. quamquam vulgatum illud  
defendi posse non negem: vt & in Nebulo:  
Nugator quidam ac nebulo sit maximu' muto.  
Legebam tamen, set maximu' muto. Recepit autem in  
Lactantio est, president. Præsideret enim verbum in  
callo operantium proprium: in eo ore suo ex ambi-  
go luit Plautus Mostellaria:  
Ego interim banc aram occido. T H. quid ita? T R.  
nullam rem sapis.

Ne enim



## VERISIMILIVM

32 Ne enim illi confugere huc possint, questioni quidam,  
Hic ego tibi praesidebo : ne interbitet quastio.

## CAPVT XXIV.

Plauti Stichus emendata locis duobus, uno Trinamus, non  
Titinnius leniter.

STICHO, Scena Mercurius Iouis:

Heram ex vatore eximam, benefacti maiorum meo  
Exaugeam, atque illam augeā ex insperato à portu no  
Verba postrema vitij manifesta sunt: emendo, re  
cerabo à portu bono: vel, si mauis litterarum ductus  
qui, ob portum bono. Bonum ob portum est quo  
portu est. Ob enim antiquè significat ad. Ennius

Ob Romanam noctū legiones ducere cœpit.

Ad autem in loco motum sœpe significat, Rudens  
Neque quis lenonem ad portum prebendere.

Alterum tamen magis probant, quæ infra sequuntur  
Dinaci verba:

— ita celeriui curriclo

Properè à portu tui honoris causa. p. A. ecquid app  
boni?

Mox, Eadem Scena:

Commodum radiosus sol esse superabat è mari.  
Rectum opinor esse, sol sese superabat è mari. Super  
bat pro tollebat ἐνεργητικὸς αὐχαιτιοῦ. Ita penetra  
se in domum idem Plautus, emigrare se adibundat  
xit Titinnius. sic enim eius versum emendo  
Nonum in Seniām: — quot pestes, iurgia, fū

Sesemēt hisced emigrarunt adibus.

Et plurimis locis apud Plautum sese & esse loca  
inuicem mouerunt, ita quod editur Trinum sc  
prima:

Indignum ciuitate hac esse viuere,  
nemo dubitabit, saltim non imperitissimus, recte à  
ne emaculatum,  
Indignum ciuitate ac feso viuere.

## C A P V T   X X V .

M. Varro quinto De lingua Latina emendatus.

MIRVM est quantulum mendum quantas s̄a pe-  
nibet in bonos libros inuechat. vel hunc locum M.  
Varonis libro De lingua Latina quinto quis haec-  
tus intellexit? Nam Flamen Dialis auspicatur in amia-  
nū ius sit vinum legere, agna Ioui facit: inter cūlū exta &  
Flamen prorsus vinum legit. Omnes certe ante  
mitta acceperunt iussisse Flaminem vinum legi, tum  
agna Ioui fecisse: quo nihil à sententia Varonis alie-  
& manifesto arguunt vanitatem sequentia. Sed  
de leuisimam erroris cauillam: syllabæ duæ coalue-  
ant quibus diuisis non meridie clarior lux est, quam  
loci sententia. Lego, ut ius sit vinum legere. Ut  
autem, inquit, & ius fasque sit vinum legere, flamen  
Dialis agna Ioui facit; tum ipse inter exta erectus vin-  
am auspicatur.

## C I A N I

# VERISIMILIVM

## LIBER SECUNDVS.

## CAPUT I.

Lucillij Sature xxx. quod videatur fuisse argumentum  
eam rem complures ex ea versus adducti, & de conci-  
compositi, correcti.



V CILLII pleraq. omnia maiorum  
incuria intercidisse valde minime  
ghum videri solet. Mitto hominem  
fuisse eruditissimum & lingue La-  
næ sciètissimum, quod Fabio & Ge-  
lio; primùm styli nāsum condidit  
quod Plinio maiori; scripta eius vnicum apud Lan-  
nos χαροπτηρο-ιχν exemplum esse, quod M. Varro  
ni vitum fuit: quanti tandem illud putandum? vi-  
rum insectatorem acerrimum fuisse, quod vno con-  
nes ore loquuntur. Habēret in quo se tamquam  
speculo contemplaretur hæc ætas virtutum in-  
vitiorum fertilissima. De me, facio quod possum  
iunt, quando quod volo non licet. Fragmenta  
comparent in rutis cæsis Grammaticorum subles-  
mendosa emaculo, diuisa compono, atque ex illis  
brorum quoque ipsorum argumenta, quod ponem  
ariolor. Id an adsecutus sim libro Saturarum xxx.  
doctorum erit arbitrari; ego quid me observasse  
hi persuaserim proponam. Censeo enim bonam  
tem consumptum in maritum insectandis misericordia  
quos ait vxorum illecebris captiuos teneri. sic en-  
cohefie

V  
M  
S.  
umentum  
de conatu

obesse coniiciebam versus, qui hoc docent.

aque illud quoque mite malum blandum atque iocosum;

Silaque manis, pedis mens irrepta est,

Praeternit labra deliciis, delenit amore.

Qum eosdem legibus coerceri ait, vt res suas separa-

nt habeant, vt mundum muliebrem & supellecti-

domesticam affatim suppeditent, vt terra mari

cum capitis periculo rem faciant. Huc enim spe-

tant illa,

Antipunt leges, populus quibus legibus expers,

Hoc missum facies, illo me vitere libente.

maioris  
militia  
homines  
angus L  
io & C  
condicione  
apud L  
M. Varr  
um invi  
d vno d  
miqua  
im invi  
ossimile  
menta q  
n subleg  
e exillis  
od pote  
um xxi  
ruasse  
nam pa  
misera  
sic em  
coherens

ad eisdem referendum arbitrio hoc viri ad obiurgan-

coniugem, vt suspicor, responsum à Nonio, uti

mora, diuulsum.

Il que tuis sensis dictis ac tristibus factis

Hec tu me insinulas? non ne ante in corde volutas

Quid dare, quid sumti facere & praestare potissimum.

enique & has de itineribus & periculis maritorum

ab exillis abiectas in Noniano pelago tabulas & à me nescio

rum recte, certe non inconuenienter, comparatas

etiam & tamquam conglomeratas:

— se conficit ipse comedique

Vix, mare metitur magnum, se fluctibus tradit.

Continuo simulac paullò vehem. Ntius aura

infatu fluctus, erexerit, extuleritque,

Omnia endo mari videas feruente micare.  
At bonas matresfamilias interim defidia sua & cibris ad amicas; siue amici sunt; itionibus rem manu conteri & dilabi pati idem adfirmat. Sic enim agmento hos versus:

At cum iter est aliquod, & caussam commentariam,  
Aut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicas  
Aut operata aliquo in celebri cum aequalib' favo;  
Lana opus lenne perit, pallor, tinea omnia cadunt.  
Quin adiicit, vltro illas inclamat quiritare & pam defendere:

Quid tu isthic curas vbi ego oblinar atque volutur?  
Quid seruas quod eam? quid agam? quid id attinet alio?  
Tunc iugoiungas me ante & succedere aratro  
Inuitam, & glebas subigas proscindere ferro?

Itaque eodem libro idem Lucilius contempsit muliebre ingenium cum leonis decepti lustro, quando cara illa & vafra vulpecula subire noluit; cum videt vestigia ferarum quae se intrò penetraverat prorsus ferri omnia, rursus colla: quem locum eruditissimi poëtae à Platone sumtum, Horatius ut multa simulatus ad aestus populi & reipub. motus trahit.

Quod si me populus Romanus forte roget, cur  
Non ut porticibus sic iudicis fruar hisdem,  
Nec sequar aut fugiam quae diligit ipse vel odit:  
Olim quod vulpes agroto caut a leoni  
Respondit, referam: quia me vestigia terrent,  
Omnia te adupsum spectantia, nulla retrosum.

Eundem apologum in Lucilio fuisse narratum habet aliquot indide reliquiae; sed ita male perciso esse ut è balbis eximi non possint. eas sparsim subiungit.

\* \* leonem Aegrotum ac lassum.

\* \*

Qui non spectandi studio, sed omni' tetri  
Impulso ingressus.  
Ita enim emendo, quæ publicantur. Q. n. exspectans  
spectandi studio, sed dominus: perspicue falsò. De vulpe  
vili genere, more sui seculi, loquitur.

\* \*

Et sua perciperet retro relictā iacēre

\* \*

Deducta ad hunc voce leo. cur tu ipsa venire

Non vis hoc.

Verba leonis, in quibus emaculandis iam olim incidi-  
cum amico meo. Nonius: Deductum diminutum,  
suppressum. rectè, & talis vox ægrotorum & senum.  
Sic Virgilio deductum carmen est humile & depres-  
sum, quale bucolicum: non, vt idem ille Gramma-  
tus malè explicat, molle & suave.

\* \*

Quid sibi volt? quare fit? vt intrò, versus & ad te  
spectent, atque ferant vestigia, & omnia prorsus.

Vulpeculae verba sentient leonis simulationem, vt  
cripsi distinguenda: ad quæ ille, vt videtur fidei fa-  
tendæ caussa, respondet:

Tristem & corruptum scabie & porriginis plenum  
Hic in stercore, humi, sabulisq; simo atque sacerda  
Insulta miserum te quoque in me.

Vbi notabis exemplum tmeseos Lucillianæ, de qua  
Ausonius, versu ultimo. Insultate enim coniungendū est: vt paullò antè dixit, versus & ad te: pro quo  
Horatius, te aduersus. Conclusisse apologum videtur  
ita, vt muliebre malum adfirmaret blandius quidem  
esse, sed eo ipso maius & proprius perniciem. Ita enim  
hic expono:

Improbior multò, quam de quo diximus antè,

C 3

Quanti

*Quanto blandior, hoc tanto rebemeniu' mordet.*  
*Postremò addam videri mihi occasionem hunc satura*  
*scribenda Lucillio dedit nescio quem con-*  
*ciatorem, cui reponere hoc pacto voluerit, vien-*  
*nuplisse vxori ostenderet: tum in vniversum len-*  
*dermōs, vt fit, incurrisse. Vnde id imbibiterim sus-*  
*cari, adiiciam (semel enim qui pudorem migran-*  
*nauiter, aiunt, impudentem esse oportet) sicut*  
*liquet versuum meam.*

*Nunc Cai quoniam incilans nos ledi' vici' sim,*  
*Et maledicendo multis sermonib' differt*

*Quum' sis scire tuas omnis maculásque notáque,*  
*Summatum tamen experiar rescribere paucis,*  
*Quantas quoque modo ærumnas quantoque labens*  
*Exanclaris, ut pecudem te vt demique nasci*

*Præstiterit asinum.*

*In quis, vt subtilis est imperitia, etiam nomen moebat Caij. Notum enim illud in nuptiis Colleme, Vbi tu Caius, ego Caia.*

### C A P V T I I .

*Mansum ex ore dare, proverbiū, Orea. Culpa. Et*  
*Satura emendatus Lucilius,*

*L V B E T etiam num ex eodē libro paucula quidam malè affecta, quod nobis dij opis dabunt, per sanare. Nonius Mansum.*

*Lucilius lib. x x . Sperans et atatem eandem hac præsum posset & mansum ex ore daturum.*

*Nescio an desit quippiam, vbi asteriscum collocamus. Certè priora liquet mihi asseuerare recte à me in versum hexametrum reposita, Sperans et atatem eandem hac perferrre potest, & mansum ex ore daturum. Vbi nobis*

nobis prouerbium, quod etiam nunc in frequenti  
virest, mansum ex ore dare.

Idem, Rumpere.

*Lucil. xxx. Que quondam populi oris, aures, pectora  
rumpit.*

Rectum est, *populi oreas*. *Oreæ frenos significat & la-*  
*biæ*, ut hîc & apud Nævium: Deprandi autem leonis  
dabdæ oreas, de re periculosa. Lucillius, vt. apparet,  
de reia peruagata loquitur, vt vulgo nihil aut lo-  
quuntur aliud aut audirent, aut cogitarent.

In Bonus.

*Lucil. xxx. Caluus Palantino quidam vir nobilis  
nus bello.*

Emendo, *Palatina*. nota formula est, & sic Cicero:  
Fores Romilia, subintellige tribu. Hoc primum: de-  
dice versum moneo μεντρον η τελείαμβον esse, quos ex-  
emplu Græcorum nonnumquam interiebant La-  
tini vetustissimi. Liuius:

*Dirige odarisequos ad cæca cubilia canes.*

Postremò istud bellè sententia explendæ adiectum  
videri à Nonio ex hoc versu qui ex eodem libro ad-  
ducitur in Sæuum.

*Et sauo & duro in bello multò optimus hostis.*

Fallacia fallaciam trudit, aiunt: ita coniectura conie-  
cturam, & hîc postremam vocem mutandum cen-  
so in hastis. Itaque hos versus coniungo:

*Caluus Palatina quidam vir nobili' bonus,*

*Et sauo & duro in bello multò optimus hastis.*

In Hilum.

*Lucillius xxx. Quódque tuas laudes culpas non profici-  
bilum.*

Bene habet versus, & nugantur qui mutant. Culpaæ  
in quouis scriptore loca deculpata, vt ait Gellius, &

C 4

quibus

40 VERISIMILIVM

quibus meritò criticus theta præfigat. Ausonius:  
*In' que tuis culpis tu tibi da veniam.*

Taxat nescio quem poëtam, cui sese adeò præfuit  
sua poëmata tantum teri affirmet hoc verū,  
*Et sola è multis nunc nostra poëmata ferri.*

CAPVT III.

*Tagere. Tagaces. Peruenni. Truculentus Planti can-*

B E L L E ludit ancillula Truculento in adolec-  
tum rapacitatem, Scæna Adfores auscultate: fide  
Qi noī b̄ne legitur,

*Vnus eorum aliquis osculum amicæ usque oggerit,*  
*Dum illi agant.*

Malim enim, *Dum illi tagant.* Tagere siue tangere u-  
gento circumducere & furari est. Milite: *Tenit p-*  
*em clanculum.* Epidico: *Ibis adeò te tetigisti rūmis.* Hinc tagaces Lucilio furaces. Hoc ergo ait, quod  
dam congerrorum amicæ; alios interibi rapine ope-  
ram sedulò dare. *Scæna.* Num tibi nam amici

*mater ancillas iubet*  
*Quoniam iam decimus mensis aduentat propœ*  
*Aliam aliorum ire, præmandare, & quarere*  
*Puerum aut puellam.*

Nihil ad sententiam, præmandare. Emendationem  
men non extrico: nisi forte scripsit Plautus:

*Aliam aliorum ire peruenari & quarere.*  
Certè id verbum huic loco aptissimum, & usus eod  
Mercatore,

*Defessus sum urbem totam peruenarier.*

*Ibidem paullò post:*  
*Eum nunc non illa peperit, qua peperit prior;*  
*Sed tu posterior. P.H. omnem rem tenes.*

verbi posteriore numeri non pleni sunt, & mea sententia nihil certius quam excidisse hinc ob similitudinem litterarum voculam, scribendumque esse,  
Sed tu posterior. P. H. ordine omnem rem tenes.

Scena Ne exspectetis.

— adduce huc tu istas: sed istae regine domi  
Sua fuere ambae: verum patriam ego excidi manu.  
Iste dono. penitet ne te quod ancillas iam?  
P. H. Quin etiam ne insuper adducas quae mibi comedint cibum.

Locus & à personarum collocatione & à verbis corruptus. Docet vtrumque Donatus, qui & millima sit  
hic Terentij Eunicho:

An penitebat flagitij te auctore quod fecisset  
Adolescens, ni miserum insuper etiam indicares patri?  
Plauti verba laudat; sed, vt nunc in libris est,  
corruptissimè: nos vestigiis, quam potuit, proxime  
inherentes ita restituimus.

Iste dono. P. H. penitet ne te, quod ancillas ollas alam,  
Ni insuper etiam adducas, que mihi comedint cibum?  
Quam fastidiret miles in commendandi munere, me-  
tricula callidè eiusdem eleuandi; an, inquit, parum  
nobis videtur, familiam tantam, quam vides, alere?  
nisi adducas mihi etiam plures, quæ rem meam de-  
votent. Ita scripsisse Plautum, aut certè proximè, vt  
ego taceam, res loquitur.

#### CAPUT IV.

Exante. In ante Insuper habere. Superesse pro defendere.  
Emendatus Appuleius & de Oratore Cicero.

Non grauabor ex Appuleio quoque maculas ali-  
quot tollere, scriptore supra vulgi opinionem bono,  
C S & per-

& perstudioso vetustæ & germanæ Larinieis  
men eti affectata in illo, & à pedestri stylab-  
rentia, multa. Sed scitum est Athenæ illud  
μύρες λόγος δέ τινα γλυκέσσαν απολύτως θεάν. Libro pri-  
mo Mileiarum, siue de Asino aureo hæc notabim-

Et tamen Athenis proximè & ante Pacilen portam  
geminò obtutu circulatorem affixi equestrem suam  
præcutam mucrone ipse s' deuorasse.

Suspicio corrigendum, Exante Pacilen portam.  
ante vetustè, pro ante: vt Propertio in ante: Huic  
nam exemplo parat in ante meam. Ibidem:

Hic quomeis amoribus subterhabit, non solum mo-  
famat probris, verum etiam fugam instruit.

Legendum, meis amoribus insuper-habit. Infuse  
habere est neglegere, contemnere: usus eo verbo P.  
pinianus I. C. in Pandectis bis, item Gellius &  
Appuleius alibi. Huic contrarium est superflue, pro  
auxilio esse & defendere, nam male Gellius ita Lu-  
tinè nos loqui posse negat: & rectè Palmerius nolit  
adductis in medium ex amplis aliquot contra tendere  
de quo ne dubitari possit vterius, testem adducere  
quem numquam ita impudens erit vt reicere audet  
Gellius, M. Ciceronem libro primo De Oratore.  
Evidem, inquit, propinquum nostrum P. Crassus illus-  
trissimum cùm multis aliis in rebus elegantem hominem &  
natum, tūm precipue in hoc efferendum & laudandum pa-  
to, quod cùm Scaenula frater esset, solitus est ei perspectu-  
re, &c. Quo in loco postrema verba manifesta-  
tij. neque enim Scaenula Crassus aut natura aut ad-  
optione frater fuit: & præclarè membranæ collecti  
Tosani, quārum lectiones mihi ostendit vir doctissi-  
mus & mihi non amicitia solùm sed & hospitium no-  
mine coniunctissimus Suffridus Petrus; præclare ir-  
quam

Aeneas  
Variae Le-  
LII

qum illa: quod cū P. Scāula superesset. hoc est, vt  
cointerpretor, tutelam illius gereret. Tutores enim  
pupillorum rebus supersunt; quod ipsi per ætatem  
non possint. ita ergo isthic emendandum censeo.

Eodem Appuleij libro, infrā.

Medio deinde regressa, patefactis ædibus: Rogat te, in-  
qui inutili me, eumque accubantem exiguo admodum  
grabatulo & commodum canare incipientem inuenio.  
Nihil deest, quod cuiquam videri poslit: interpu-  
nione tantum indiget, & leui correctione. Rogat te,  
inquit: inutili me. Rogandi solo verbo rebantur, cū  
quem vt vna esset & accumberet inuicirent. Ipse  
Appuleius libro hoc extremo: Et ecce Fotis ancilla, ro-  
ga u, inquit, hospes,

### CAPUT V.

Tegillum & tectum, pro ueste. Alieni. Appuleius correctus:  
nem Lucilius apud Nonium & Cato apud Festum.

TEGILLUM pro integrimento corporis seu ueste  
illi & plebeia frequentatum constat è Festo & No-  
ni, & exemplis quæ iidem laudant, Plauti Rudente:  
Tegillum ecciliud mi vnum arescit, id si vis dabo.  
Eodem amictus, eodem tectus esse soleo cū pluit.  
Et Varronis Sesqui-Vlysse:

Ingerere volitans miluos visus aquam è nubibus  
Tortam indicat adfore: tegillum ut pastor sibi  
Sumat.

Id verbum reponendum apud Appuleium libro ix.  
Nonnulli exiguo tegillo tantummodo pubem intecti. Malè  
enim vulgo, tegili. Porro adiicit Nonius, deminutum  
esse à recto. recte. Sic enim à recta, quod itidem vestis  
genus est, regilla: & recto quoque uestem significari  
argu-

argumento est Lucillij locus apud Nonium Palli  
 Cùm tectum est (quid vis?) satis est: vifuri alieni  
 Sint homines spiram, pallas, redimicula.  
 Ita eum locum interpundo & lego. Cùm, inquit, os  
 stita es quomodolibet, satis est tibi: quid requiri  
 plius? alij in ornatu anquirendo fastidian. Alien  
 nimir hñc iudem qui alij: vt socieni, socij, dubieni,  
 bij. Et quia hñc sum, addam locum Catonis ex v.  
 Originum priori simillimum: apud Festu, Rulen  
 Mulieres opertas auro purpuráque: arsinea, rete, diu  
 coronas aureas, pusseas fascias, galbeos lineas, pelles, rub  
 cula. Ita sorrexit præclarè, vt omnia, sol litteraz  
 Scaliger: vnum restat tamen, sed leuiculum, me  
 dum. Legendum enim, pallas: non, pelles. Pallia  
 ter præcipua mundi muliebris, pelles non item. ne  
 quod Festus alibi prodidit lugentes diebus luctu  
 pellibus fuisse, huc pertinere non potest.

## CAPUT VI.

E Plauto insigne gloffema fabuletum: tum emendati & co  
 cinnati versus aliquot.

AMPHITRONE Plauti primore fabula vel  
 sunt & numeris confusissimi & pleni mendorum la  
 uis quos subscripti:

Opulento homini hoc magis seruitus dura est  
 Hoc magis miser est diutis seruos.  
 Noctesque diesque assiduo satis supérque est,  
 Quo facto aut dicto adest opus quietus ne sis.  
 Ipse dominus diues operis & laboris expers.  
 Quodcumque homini accedit, liberè posse retur.  
 Acquum esse putat, non reputat laboris quid sit,  
 Nec aquam annae iniquam imperet cogitat.

Eos



um Palla  
i alien  
i, inqui  
requiri  
nt. Alia  
ubieci  
nis ex  
i, Rul  
rie, diu  
elles, rid  
litteram  
lum, me  
Pallai  
item, na  
s luctu  
lati d  
ala vesp  
orum in  
Eos

Et in seniorum legem reponendos & corrigendos ut arbitror, ita subiiciam: tuum facti mei caussam albo.

Opulentis homini hoc seruitus dura est magis,

Nec que dieisque assiduo sati superque esit,

Quo facto aut dicto est opus quietius ne sies.

Ipsius dominus operis expers & laboribus

Quodcumque animum accedit libere, poscere

Equum putat esse, non laboris quid fiet

Reputat, nec equum ne anne iniquum imperet.

Primum illa quae eieci, hoc magis miser est diuitis  
seruos, liquet mihi affirmare interpretationem esse  
versus priimi adiectam ab indocto magistro, ita infi-  
dere vi me in hoc diutius immorari pigeat. Deinde  
tribus, sati superque esit: quod αρχαιοσυνη hoc, esit pro  
librarios offensos correxisse arbitrarer, qua in-  
tentio maneo: si tamen ita quis malit que diuidat,  
& constabit versus. Tertio versu quid aliter face-  
tem quam feci non habebam, si Plautum Latinè lo-  
qui vellem. semper enim Latinī, est opus factō: num-  
quam ei modo, quo editur vulgo. Sequitur,

Ipsius dominus operis expers & laboribus.

mutatione, fateor, subaudaci: quae tamen ratione ni-  
tarur. Operas pro labore paullò minus quam protitum  
est. Cicero: Mercenariorum operas non artes enimus:  
etiam ignotius fortasse gaudere non minus auferen-  
di calu quam gignendi istud, expers. Turpilius:

Neque mirum educta, ut par est, expers malitiae.

Eam occasionem suspicor fuisse cur mutarent temere  
qui non caperent. Si quis tuebitur lectionem publi-  
cam, cum eo non valde pugnabo: hoc modò ne dif-  
ficeatur è glossa esse non diues, ad illud quod præcessit,  
assiduus. Cetera, nisi me valde fallit, bene restitui:

Illud

Illud homini occupasse libros pro animum, minus  
rabitur qui idem irrepissit in omnes libros cognitionis  
apud Ciceronem in epistolis, in illo Trabea:

*Ego voluptatem animi nimiam.*

### CAPVT VII.

*Tolutum ire. Acupedius. Sonticum. Remos detondere. En-*  
*datus Nonij versus, & complures Lucilly.*

**LVCILLI** versum Nonius adducit in Tolus.

*Ideim: Velle tolutum hic semper incepturus videtur.*  
*Exim pudenti mutatione restituere conabar,*

*Vele' tolutum hic semper incessuru' videtur.*

Loquitur de milite, qui magnifice & equi tolutum  
in modum se inferat, siue etiam qui celeriter, & ac-  
pedius sit: sic enim veteres *modica* transferunt, &  
verius prius. Incedere, siue, ut Plautus, *ad* *tolu-*  
*tum* equi gradarij est: hinc migratione in alienum con-  
lutum ire accelerare est. Nouius: *Dixit urum in Tolus*  
*tolutum. Sic lego, littera exrita.* Inde tolutum-  
quentia, quam interpretatur M. Tullius volubilis  
tem verborum lingua exercitata & celeri. Nouius  
Gallinaria:

*O pestifera, Pontica, fera, trux tolutiloquentia.*  
Vbi reponendum moneo pro Pontica, quæ vox quid  
sibi velit, hic quidem, non video, *sontica*; hoc est, no-  
xia & lethalis. Nam *sonticus* morbus est qui diu-  
nitate noxious, & *sontica* causa grauis, & quam sub-  
terfugere non possit. In Guberna.

*Lucilius Satur. x x. Proras despolate & detundite go-*  
*berna.*

Lege, de:ondete. Guberna posita pro gubernaculis  
ēnnūtū Nonius hic admonet, & imitatus est, ut ple-  
raque

me huius poëtæ, Lucretius. Detondere gubernaculum alii remos detergere est. Cæsar primo De Bel. Quia Remos transcurrentes detergere, si possent, contendunt. In Fulgère.

Lacilli. Satur. x i. Conuentus pulcer! braca, saga, fulge-re torques Magni.

voce ultima inducta corrigit, Manli. Gallis peculiari habitum notat, bracas, saga virgata, torques, quos iocosè Manlij dicit, quod T. Manlius torque Gallo detracto Torquatum cognomen in familiam induxerit. Eundem habitum ex parte Tacitus tan-gunt historia Augusta, de Cæcina loquens. Cinatu-s municipia & coloniae in superbiam traherant, quod periculose sagulo bracas tegmen barbarum indutus togatos dispergetur. Vbi nescio an è glossemate sint illa, brac-tes tegmen barbarum indutus, & legendum sit, braccatus togatos, ut alias Latini. Certè non ita ignotæ Taciti scalo braccæ, ut explicandæ essent, hoc tamen po-  
no, non etiam adfirmo.

## CAPVT IIX.

Consilium. Consiliari. Opus approbare. Durare. Illustra-tus Plautus Pœnulo & Asinaria.

FULLONIAM hoc capite demereti mihi lubet, eademque elegantem locum Plauti illustrare, primo fabula.

Placet consilium, M. I. immò etiam ubi expoliuero,  
Magis hoc tum demum dices, nunc etiam rude est.  
Duo olim fullonum officia erant; vestem eluere &  
cogere unum, alterum eamdem creta candefacere:  
illud consiliari dicebant, & ipsam actionem, quod  
fullu multo pedum fieret, consilium; hoc, expolire.

Varro

Creti  
Coloniae

Varro De lingua Latina libro quinto. A cogitatu  
conclitum, vnde consilium. quod vt vestimentum apud fu  
lonem cum cogitur Consiliari dicitur: sic reminisci, cum eum  
tenet mens ac memoria cogitantur & cogitando retem  
Quem locum ut obiter explicem, a paucis percepimus  
cogitare, inquit, est crebro cogere, vnde conclusum  
quia cogitur; & hinc consilium, in re fullonie, que  
vestimentum cogat; in animo humano, quod con  
tet id est multum diuque cogat ea quae memoria  
nuit. Haec igitur urbanissimi ioci mens est. ait au  
lescens placere sibi consilium, intelligens inuenit  
frui & subornando villico: at ille ita accipit, quod  
de veste & auta & coacta loqueretur; immo, inquit  
nihil est praeterea opus meum tibi probabo, cum  
addidero politias ceteras. Nam ut nunc res est, con  
silium quidem est; sed rude & sine politis. Non  
autem est mercenarios opus approbare solitos dom  
inis. Appuleius libro sexto. Singulisque gratiis rite de  
positis atque seiugatis ante istam vesperam opus expeditum  
approbato mihi. Milite:

— Satin' est tibi, si

Meum opus dabo ita expolitum, vt improbare non quoniam  
Ad quem morem etiam respexit. Porro durandi quo  
que verbum fullonum proprium erat, quod velut  
coacta & incretata durescat. Absque hoc sit, Sibylla  
folium erit versus, Asinaria:

Non queo durare. p.A. si non didicisti fulloniam,

Non est mirandum.

Vbi male afflictamur, ibi nos durare posse venustissimo  
loquendi genere negamus. Telentius:

Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic sit, pugna  
Miseriam ergo suam & dolor animi muliercula cui  
significaret, parasitus per deridiculum aliò detorquet.  
CAPIT



## CAPUT IX.

*lilia fragmenta aliquot correcta, composita, & cum Tenui loco simili collata.*

PERGAM è Lucillio maculas tollere; & primum  
tuis versibus, adductis à Nonio in Rogare.  
Tertitum si roget me non dem quantum auri petat, si  
se cupit et si quoque à me quæ rogat non impetrat.

Seppenarij sunt, neque difficulter emacantur ita:  
Tertitum, si roget me, non dem, quantum auri petat:

*Si se cupiet, sic quoque à me, quæ rogat, non impetrat.*  
Gladiator nimirum is rogator erat, qui inutram pœnu-  
it, quam gestiret sumere Kalendis Romanis, quam Græ-  
ci redderet.

In Repedarc.

*Lucille xxi. Redisse ac repedasse, ut Roma vitet gla-  
diatoribus. Idemque. Sanctum ego à Metello Romam  
repedabam iunere.*

Exempli priori acutè amicissimus Palmerius legit,  
quoniam rebit gladiatoribus, id est, spectaculis gladiatoris.  
aliqua arbitror ita scribenda: *Idem. Quis actis ego à  
Metello repedabam numero.* Numero idem quod celer-  
ocyus: ut omnes nōrunt!

In Posticum.

*Lucilli. viii. Pistrinum appositi poslicum, sella, culina.  
Sed illius est, oppositum posticò, cella. In Offendere.*

*Lucil. xxv. Si quod verum inusitatum autem & nō  
poterit offenderam.*

Conspicor verum esse, verbum inusitatum, aut & nō  
poterit offendere. Codem hoc libro quæ adferuntur apud Nonium  
in Apisci, Niti, Cordi est:

*Ei quod tibi magnopere cordi est, mihi vehemeter displicet:  
Summis nitere naturæ opibus. Pat ego contrā ut disimi-  
lis siem:*

D

Vt ego

Creti  
ctionis

Vt ego effugiam, quod ego te in primis cuperem si p[ro]p[ter]e  
tellego.

octonarij tres sunt, quos ita olim cohefisse non debite, nisi quod ante versum secundum quid videatur deesse: expressi autem sunt à Terentio Andriap[er] ad verbum.

— sed si id non potest,  
Aut tibi nuptiae haec sunt cordi. Et mox:  
Nuptias ego istas effugerem malo, quam tu adipisceret.  
CH. Reddidisti animum. v. A. nunc si quid potes aut  
tu, aut tu Byrrhia,  
F[ac]te singue, inuenite, efficite, qui detur tibi:  
Ego id gam, mihi qui ne detur.

## CAPVT X.

Eiusdem Luciliij versus cum Terentij & Virgilij comp[ar]atum adducta in medium & emendata insignis sententia

Sicut dolo dicam, valde gaudeo, cum in imitationses incido optimorum auctorū expressas de scriptis vetustiorum siue oratorum siue poētarum. Videare enim mihi video antiquitatis Romanæ diosos, à calumnia certorum hominum, qui ipsi semisepultis ruderibus, si quid ex vnu sit, sublegunt. Quare si qui Latinam linguam communari putant, ne illi eodem maledicto Terentium, V[ir]gilium, è ceteris optimum quemque circumscrinxant, quos hi nostri auctores habent. Certe respexerint iij quos posui ad Lucillij versus quos subiiciamus, viderint: geminos quidem sibi initicem esse nouagabunt. Lucilius apud Nonium in Genius:

Curet agrotum, sunsum homini praebeat, genium, j[ust]itiam, frumenta, alijs parcat.

Tercio

Terentius, Phormione:

Quod ille vnciatim vix de demenso suo  
Suum defrudans genium comparxit miser,  
Uia viuens abripit.

Lucilius x x v i i. Nonius, Mordicus.  
Mordicus petere aurum ex flama, expediat è cæno cibum.

Terentius Eunuchus.

E flama petere te cibum posse arbitror.

Lucilius x x v i i. Nonius Proprius.  
Cum sciam nibil in vita proprium mortali datum esse.

Terentius Andria.

Nihil ne esse proprium cuiquam?

Lucilius x x v i i. Nonius Pernix.

Fuimus pernices, aeternum id nobis sperantes fore.

Virgiliius, Aeneide.

— Fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens

Gloria Dardanidum.

Sed hæc leuiora: adiiciam locum ex eodem Nonio in  
Date, quem mendosè legi arbitror:

Lucilius lib. x x v i. Animusque agrotat vidimus corpore  
hunc signum dare.

Obi, Animo qui agrotat, videmus. Philosophica sen-  
tientia est, animi turbati indicium facere habitu cor-  
poris; contrà, corpus doloribus confectum animo  
regere. Vtique enim animo & corpore hominem,  
quod est esse, & viuere. Hæc adiecissem Lucillum  
doloribus præterea fragmentis collego: quæ in septe-  
nitios recollecta cum hoc non pessimè composui:

Animo qui agrotat, videmus corpore hunc signum dare;  
Tum doloribus confectum corpus, animo obistere.

Principio physici omnes constare hominem ex animo  
& corpore Dicunt.

## CAP V T XI.

Herere alicui. Numerus. Neglegi pro neglexi. Sarum  
militaris formula. Correchtus Cicero Philippus  
rentius Adelphus.

PHILIPPICA XIII. omnes libri editi habent  
Est etiam Decius, ab illis opinor Muribus Decius. Itaque  
saris munere Deciorum quidem multo intervallo per  
praclarum vitam memoria renouata est. Non incom-  
dè, absque libro veteri esset, qui legit: numero  
fesit. Deciorum quidem. Perspicuè rectum est, non  
Cæsaris host. Herere alicui est implicari & interin-  
cuius consuetudine: idque potissimum in vito po-  
tur. Terentius Adelphus:

optumè est. Metu ne hereret huic.

Ita enim optimum fragmentum Colonense, ne  
dissentit Donatus, atque ipse Desnae primæ  
scena:

Vbi ego illum queram? credo abductum in ganeum  
Aliquid: persuasit ille in purus, sat scio.

Eleganter ergo Cicero hunc Decium nomine  
taxat commendatum hesisse ait non Cæsari deci-  
mero Cæsar: simul & colluuiem familiarium  
saris notans & huius Decij vilitatem, qui ei num-  
rus tantum fuerit, hoc est, precio aut loco nullo. So-  
enim & Horatius: Nos numerus sumus.

Eadem infra, epistola M. Antonij.

Theopompum nudum expulsum à Trebonio consuge  
alexandriam neglexisti.

Idem liber, neglegisti: idque recipere mihi religio  
erit. Locutus ita Aemylius Macer, teste Diomede  
Omnem auctoritatem neglegerunt. Et affectus obli-  
tas voces Antonium ex Suetonio constat.



Aliquanto inferius:

Sacramenta  
scripta &  
tum  
i habet.  
Ita per  
incom-  
mero  
est, non  
irre-  
vitio po-  
se, ne-  
rimo-  
neum  
ine da-  
ri leta-  
rium  
ei me-  
nullo.  
nfugie-  
diligentia  
Domi-  
e obedi-  
Alia  
Sacra-  
menta  
scripta &  
tum  
i habet.  
Ita per  
incom-  
mero  
est, non  
irre-  
vitio po-  
se, ne-  
rimo-  
neum  
ine da-  
ri leta-  
rium  
ei me-  
nullo.  
nfugie-  
diligentia  
Domi-  
e obedi-  
Alia  
U militibus inclusis opem fertis. nihil moror, illos saluos  
esse & ire quo lubet.  
Milius scripti, & ire quo iubetis. Allusit ad sacramenti  
militaris formulam: Ibo quo Senatus Populusque Roma-  
nus sacerit.

## CAPUT XII.

Sarcinare. Aciæ. Machina sarcinatricum. Nonius resti-  
tutus, & explicatus apud eum Varro.

NONIUS in Sarcinatrices.

Sarcinatrices non (ut quidam volunt) sarcitrices, quasi à  
sarcendo: sed magis à sarcinis, quod plurimum vestium  
sumant. Varro ἐν Θλύψαις. Homines rusticos in vinde-  
mia incondita cantare, sarcinatrices in machinis.

Primum verba Nonij emaculo, quod plurimum vestium  
sumant. Vult sarcinare quasi frequentatuum esse pri-  
migenij sui sarcire. Deinde in exemplo Varronis fuit  
cum legerem, in aciis: ut Cænillus dixit, in vino lude-  
Acus enim & aciæ sarcinatricum & phrygionum  
propterea. Titinnius Bubato:

Phrygio fui primo benèque id opus sciui,  
Reliqui acus aciæque hero atque heræ nostræ.  
Sed muto iam nunc sententiam. Machinæ pergulae  
sunt, in quibus sarcinatrices opus factitabant non  
huc modò Mineruæ, sed alterum quoque illud, ni  
fallor, Veneris. Semper enim id genus mulierculæ  
hanc partem male audiérunt. Itaque Q. Cicero C.  
Antonio criminis ponit, amicam eum in Praetura de  
machinis emissæ: De petitione Consul. Quo tamen in  
magistratu amicam quam palam homi habéret, emit de ma-  
chinis. In magnis familiis ut ornatices, vestispicas;

D 3

ita sar-

54 VERISIMILIVM  
ita sarcinatrices partem famulitij fuisse passapic  
Romani indicat;

IVLIA . IVCVNDA  
AVG. L. SARCINATR

CAPVT XIII.

Eloco pro illico. Plautus Menachmis & Truculentu  
datus: item Varro.

MENÆCHMIS, Scæna Utætas.

At ille mihi fppilat aurum & pallam ex arcis, mode

Me defoliat, mea ornamenta iam ad meretrices deg  
Scribo, ex arcis domo: & versu secundo, clam ad mer  
trices degerit. Perpetuus in his vocibus error lo  
riorum, & postulat sententia. Sic enim responde  
mox Menachmus.

Deosq; testor. s.e. qua de re aut cui rei rerum omnian.

ME. Me neque isti male fecisse mulieri, neque, quod in  
arguit,

Hanc domo abs se surpasse.

Quæ coniecturam meam ita probant, vt vltra ver  
nihil opus sit. Similem maculam elutam Trucule  
to, Scæna Numnam tibi amabo.

Ego isti non munus mittam: iam modò ex hoc loco

Iubebo ad istam quinque perferriri minas.

Versu priore & numeri euagantur supra plantam, u  
aiunt; & vacillat sententia. Non enim à via, ubi nunc  
erat, perferriri munus ad meretricem iussurus erat  
à se domo. Quare restituo; iam domo eloco Iubelo ad  
istam q. p. m. Eloco & illico promiscuè traheruntur Le  
tini veteres: vt eosdem illum, ellum, ollum indicare  
renter vsurpasse testimonio sunt Grammatici &c.  
empli scriptorum. Hoc cùm nescirent librarij (quid  
autem i  
perue  
dulae &  
n' verile  
lo adu  
dig & hui  
Non v  
eur  
fer  
Non du  
fin iam  
ligeret  
cariben  
Jde an  
nupri  
No  
tianio  
Virg  
Nescie  
an scri  
et hoc  
Simi  
Nam  
dem r  
ratiific  
alii: ap  
de rep  
quod  
Atque

autem illi non nesciunt? pro captu suo emendarunt:  
spem ertere emendare est. Significant autem ea par-  
tiale & tempus, ut hic & plerumq. alibi, & locum,  
in veriloquij. Est enim eloco, quasi eo loci: & ab il-  
lico aduerbia *natura* descendunt, illuc & illi. Varro,  
*in his*: apud Nonium in Mansuem.

Non vidisti simulacrum leonis è loco, vbi quondam subito  
cum cùm ridissent quadrupedem Galli, tympanis adeò  
ferunt mansuem, vt traxerent manib[us].

Non dubia correctio est, eloco, vbi quondam: quod &  
sunt iam pridem venisse in mentem mihi, cùm hæc  
ligeret, significauit Palmerius. Intra quiu[s] videt  
ambendum, fecerunt mansuem.

## CAPUT XIV.

In antiquis laudandi nouam nuptam, & cur iactati in  
nupiis se scennini.

NOTA VIT Nonius tali pro talis positum à Ti-  
tinio Setina, his versibus,

— accede ad sponsum audaciter:

Virgo nulla est tali Setiae.

Nescio an aliis, mihi certè non persuadet: & nescio  
an scriberit Titinnius, est tale Setiae: ad quam faciem.  
est hoc Pomponij:

Simile est quasi cum in cælo fulgit propter lunam lucifer.  
Nam manifestò de puella siue puer sermo est. Eo-  
dem modo Titinnius alibi: Formicæ pol persimile est  
vulnicus homo. Neque refugerunt Plautus, Virgilius,  
alii: apud quo exempla similia passim obuia, aut cer-  
te reperit in libro suo Marcellus extrito s, tali Setiae:  
quod more maiorum factu caudex ille non sensit.  
Atque hoc primùm, deinde ex illis verbis morem

antiquum elicio laudandi nouam nuptiam uenim  
ferè accinebant. N V L L A T E H O D I E P U  
C R I O R. Id diligenter obseruauit in Hymenao Mal  
lij dicitissimus Catullus:

*OTE Fardet ingenuus pudor.*

*Quæ tamen magis audiens,*

*Flet quod ire necesse est.*

*Sed moraris, abit dies;*

*Prodeus noua nupia.*

*Flere desine, non tibi*

*Auruncleia periculum est,*

*De qua femina pulcior*

*Clarum ab Oceano diem*

*Viderit venientem.*

Quod autem ninnias laudes à Nemesis vindicari &  
fascino obnoxias credebant, fescenninos statim ad  
ciebant præfiscini: hoc est, ad arcendum fascinum  
et rectè interpretatur Festus. Id eadem hac fabula  
narravit Ennius Titinius: nam cum ita laudare de  
tinam virginem pronuba, sive quæ alia fuit: intercep  
lat altera,

*Paula mea amabo post uad ad laudem adduo*

*Præfiscini.*

Ita libri, & nolle virum eruditissimum alter lu  
dasse. Subiicit Carissius, qui hoc fragmentum con  
seruauit, explicandi causa: ne puella fascinetur.

### CAPUT XV.

*St. Cautes Terentij Heautontimorumenos corretus.*

*HEAUTONTIMORVMENO, Scena Ain' w,*  
vulgò legitur:

*Enim verò reticere nequeo, multimoda iniurias*

Clitipho est, neque ferri potis est. Clin. audiendum hercle est tace.

Iesu secundo neq. numeri pleni sunt, & stulte. Clinia silentium imponit Clitiphoni, qui nullus interroquatur, iam quidem. In ms. Coloniensi lego, audiendum hercle est. Clit. quid est, tace. Vnde litterula mutata verum me eliciuisse spero.

Clin. audiendum hercle est. Clit. quid? C. st, tace.

Cum audiendum Syrum Clinia censurisset, ira adhuc ardens Clitipho, quid, inquit, ego audiam scilicet: quae priusquam eloqueretur, Clinia gestu & voce eum exprimit. St, silentij nota propria. Poëta vetus: Harcorates, dixi qui significat st.

Scæna, Quid isthuc?

Vd hei in vino quam immodestus fui! Sy. factum.

C. h. quam molestus!

Malim, alium. Consternati servi & qui in fallaciis manifestus teneatur paueat sermo est. neque adhuc colloquio se miscuit: vt intelligere possimus supparasitare eum Chremeti. Probant & quæ antè dixit, dñs hac res est, perij.

Scæna, Ego me non.

M. E. Quid? isthuc times, quod ille operam amico dat suo  
C. H. Immo quod amice. M. E. si dat. C. H. an dubium id  
tibi est.

Dolor Chremetis postulare videtur: ah, dubium id tibi  
est. & verissimum hoc est ab aliis traditum, inuicem  
particulas sœpissimè mutasse. Ira autem vt scri-  
bit, alias semper Terentius. supra hac fabula:

Millenum poscit. C. H. & poscit quidem. s y. hui  
Dubium ne id tibi est? Eunicho.

Ne id quidem tacebit Parmeno. P. A. ob, dubium ne  
id est.

Scæna eadem.

— in me quiduis harum rerum conuenit,  
Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbum  
Non moueo controuersiam huic loco: sed diligere nō lo in ms. reperire me, cautes: non, caderet  
eam lectionem videri stabiliti verbis Chremesius  
frā hac scæna,

*Quot res dedere, ubi possem persentisere,  
Ni essem lapis.*

Notū illud Virgilij de dura & immiti, Marpessas.

### CAPVT XVI.

Surdè audire. Surdo narrare. Græca mercede curat. Dō  
mo non fescunciae. Correctus Pomponius.

SENTIO me leuiora nonnulla his meditatione  
culis adspersisse, & quæ doctioribus fortasse non  
debuntur digna, de quibus admoneantur. Mean-  
tem hæc sententia est, nihil leue esse, quod iuuentem  
& bonas litteras q[uo]dquo modo doceat, neque  
vt in veteri verbo est, sit crambe repetita. Quale for-  
tean hoc erit, quod notari illustrando loco Terence  
Heautontimoromeno:

Ne ille haud scit quam mihi nunc surdo narret fabulan-  
Prouerbij originem quærebam. Nam Erasmus his  
ariolatur, hospitem in surdum incidisse: multa cur-  
diu nequiquā rogasse: eam rem conscius risu ac mo-  
dicterio fuisse. Scio ita fieri solēre, & nescire malleum  
verūm lubet arbitrari, eum fristrā fuisse. Quia  
rum loquentem parum attenderet; siue vecordia am-  
mi, siue quod alibi esset: surdè audire vulgo dicebo-  
tur. Id didici ex Afranio:

Amentes [quibus animi non sunt] integri, surdè audiunt.  
Inclusa

Inclusa his notis [ ] dele in Carisio, apud quem hoc  
fragmentum exstat. Sunt enim irreptitia. Idem in-  
dicat manifestius Propertius:

*Ab pudeat, certe pudeat: nisi forte, quod aiunt,*  
*Turpis amor surdis auribus esse solet.*

Et Plautus Cafina:

*Sed vxorem ante adi eccam. hei misero mihi*  
*Metuo, ne non sit surda atque hac audinerit.*

Amans differri se sermonibus hominum non audit,  
cordia animi: at ille Plautinus optat vxorem alibi  
cognitionibus fuisse, ne inaudieret verba sua. Ut  
igitur, qui hoc modo verba exciperet, sed audire:  
ita qui illiusmodi homini loqueretur, surdo narrare  
dicebatur. Liuius 111. Historiarum. *Haud surdis au-*  
*ribus dicta: impressione vna totum equitatum fudere.* Ad-  
dū non grauiora alia, Plautus Asinaria:

*Cetera queque uti volumus Græca mercamur fide.*  
Non minus venustè Afranius, *Græca mercede curare;*  
cum in emptione repræsentatur pecunia, non in diem  
est. Verba apud Nonium in Occupare, leuiter à me  
mendata.

— *que tuleram mecum millia decem*  
*Victoriatum Græca mercede illico*

*Caravi, ut occuparem.*

Abedem in Senica versus hic adducitur:

*Pappus hic medio habitat senica non sescuncia.* Ut Afranius, ho-  
mo non nauci; Nævius, non quisquile; Vatinius apud  
Ciceronem, *nqñ semissis*; Plautus, *non assis, non trioboli:*  
ita hic Pomponius, *non sescuncie* dixit, de eo qui nihil  
& nulla rei esset.

## CAPUT

od strup. buc. CAPVT XVII.

Rota fortuna. Peculaires serui & ancille. Tunica laxa  
bellus illustratus locis aliquot.

V E T v s verbum est, dies diem docet: ita in his  
teris scriptor scriptorem explicat. Id adeo in nos  
tem mihi venit è Tibulli versu lib. i. Eleg. v.

At tu qui potior nunc es, mea furtæ caueto.

Versatur de levi fors leuis orbe citio.

Ita è suis excerptis vir doctissimus emédat. Sed ha  
dubio è glossate irrepit illuc, citio: & vera anna  
Rōtio eit, orbe rota. De eadem fortunæ rota M. Tu  
lius in Pisonem: Cūm college tui domus cymbalis & cu  
tu personaret, in quo ne tum quidem, cūm illum suum fat  
torum versaret orbem, fortunæ rotam pertimescebat. Ita  
que etiam apud Plautum Truculento.

Verterunt se se memoriae, stultus qui id admiretur.  
reponendū arbitror, quod in suis mss. repperit Lam  
binus, sed quid eo faceret non vidit. Verit se mem  
vicissim, stultus qui id admiretur.

Suprà lib. i. Elegia III.

At circa grauibus pensis affixa puella

Paullatim somno fessa remittat opus.

Vt adolescentulis seruuli custodes dabantur, ita pus  
lis seruulæ, quæ in lanificio vnâ essent, eas sectarentur  
& curarent: ij eaque, vt Iurisconsulti loquuntur,  
peculiares illis plerunque erant, hoc est in peculia  
Captiuis:

Vendiditque patri meo te sex minis, is te mihi

Paruulum pecularem paruulo puerò dedit. Perfa-

Sophoclidisca hec peculiaris est eius Quod ego missus sum,  
Et verò quæ curabant pueram aut in lanificio un  
erant seruulæ, Latinè circa illam esse dicuntur. Ex  
emplum

exolum h̄c in Tibullo habes & Terentij Eunuchō.  
Abducit secū ancillas: paucæ que circum illā essent manent  
Non sive puelle.

## Lib. 1. Elegia v i.

Tunc procul absitis, quisquis colit arte capillos

Effluit effuso cui togā lapsa sinu.

Recte mutauit acutissimus Scaliger, cui hoc Gratia-  
num poēticarum sodalitum æternūm debebit, laxa-  
cique emendationi fulcienda locus vnicus est infrā:

Xanc si clausa mea est si copia rara videndi

Me miserum, laxam quid iuuat esse togam.

Laxe togā & ad talos demisste tunicæ probis erant,  
vngumenta libidinosi & mollis animi. Cicero In-  
vestigatio secunda: Quos pexo capillo nitidos & imberbes  
ambene barbatos videtis, manicatis ac talaribus tunicis, ve-  
la quicquid non togis. Plautus Pœnulo:

Sane genus hoc multerosum est demissius tunicis.

## CAPUT XIX.

Frater cibarius. Cibicida. Nicanus ferentarius. Varronis  
fragmentum emaculatum & cum altero compositum.

Ex Varronis Satura ὥρᾳ οὐρανῷ Nonius hæc addu-  
cunt Verutum,

Acerbus, qui tibi nihil mali fecerunt verutis ob artem pre-  
clarum.

Vtquidem hactenus leguntur, nulli rei; & non in-  
tellecto murmure verius quam aliqua, obscura sal-  
tim, sententia. Vide tamen, si ih̄s lucis quippiam  
correctione nostra accesserit. Lego enim, ac cervos q.  
i. n. m. f. verutis. ob a. p. Emendationi huic fundus  
alii locus alter ex eodem libro laudatus à Nonio in  
Venabulum: Nempe sues sylvaticos in montibus seclaris

venera-

venabulo, aut ceruos. Nam, audeo dicere: nihil venia  
quam hæc ita cohesisse.

Nempe sues sylvestricos in montibus seclaris venabulo  
cerues, qui tibi nihil mali fecerunt, veritus obtem  
præclaram!

Insectatio rei venaticæ est. Ex eodem libro sa  
Nonius:

Tuus autem ipse frater cibarius fuit Aristoxenus.

Fratrem amoris & amicitiæ significationem hinc  
notum est: hinc eleganter Varro fratrem cibar  
dixit, qui congeroni suo imperio victum curat,  
que talia quam pro cibo est: contrà qui aluntur, ci  
cidas Lucilius pari venustate nominat, lib. xxv.

Viginti domi an trinta vel centum cibicidas alas. Ita Piso  
tus iocosè amicum ferentarium vocat, qui repa  
opem fert & auxilium egenti amico. Trinomio,

nam illum tibi

Ferentarium esse amicum inuentum intellego.

Quo loco allusit ad ferentarios notum genus mil  
tum in exercitu Romano.

### CAPUT XIX.

*Quid nisi. Tempori. Andria Terentij versus tres de  
ctura constituti.*

**S C A E N A**, Quid ais Byrrhia?

*Quid tibi videtur? adeon' ad eum? b. quid ni? si nill  
imperies*

*Vt te arbitretur si paratum mœchum si illam duxerit.  
Æstuant priore versu interpretes & variant libri: sed  
imeo animo nō pessimè restitui, interpunctione pauci  
lum immutata. adeon' ad eum b. quid ni? nihil imperies*

*Vt te arbitretur, &c. Quid nisi vetustè, quod nos ten  
tus*

quisque noster. Vt us co vnicus Terentianæ venustatis  
mator Afranius.

Me auctore mater abstinebis. quid si.  
Non subintelliges, si: vt frequenter & pereleganter  
Latini. Menechmis: Nam absque te esset, hodie num-  
quam ad solem occasum viuerem. Si nihil impetres ait;  
atmetum certè iniicies parati adulterij.

Scæna, Adhuc Archillis.

Atque adeò in ipso tempore ecum ipsum obuiam.  
Libri MSS. adiiciunt, Chremem: & disertim interpres  
vetus idem agnoscit. Quare nemo mihi quidquam  
cedat, ni scriberit Terentius:

Atque adeò tempore ipsum obuiam. Cremem.  
Tempori idem quod oportunè, tempestiuè: idemque  
strebant, tempore; vt heri here, vesperi vespere, lu-  
cace, mani mane. Epidico:

Adepol ne istam tempore gnato tuo sumus  
Præmercati.  
Vulgaria lectio ab interpretis verbis depravatis ma-  
nauit: quæ ita restituo. Quid alias] cur alias. Tempore ]  
in ipso tempore, in ipsa oportunitate, in ipso articulo. Eadem  
vices contaminauit, vt mihi quidem videtur, locum  
eisdem huius fabulæ, Scæna vltima:

C H. saluos sum si hæc vera sunt,  
Colloquar. P A. quis homo est? Charine in tempore ipso  
mihi aduenis.  
Scripti plerique omnes duabus vocibus hinc auctio-  
nes sunt, Adibo & colloquar: quas homines religiosi,  
quod versus excurreret, recipere. Non sunt ausi, atqui  
inducto glossate nihil negocij erat & versui & in-  
iuria loco motis subuenire, hoc modo:

Adibo & colloquar. P A. quis homo est? Charine temporis  
mi aduenis.

Et hæc

Et hæc probabo doctis fortasse: ceteri quid probent  
quid improbent manum non verterim.

## CAPUT XX.

Plautus Asinaria emendatus.

ASINARIAE Plauti scena prima senex, aſſeſſor  
per salutem suam fuorumque adiuratus, ne ven  
reticeat, ita respondet:

Per Dium Fidium queris, iurato mibi  
Video necesse esse eloqui, quidquid roges.

Ita ne obstinate aggressus, ut non audeam  
Profecto, percunctanti quin promam omnis.

Primo versu sententia heret. nihil enim per Dium  
Fidium seruus quæsierat. itaque mutarunt alii, qui  
queris: ego vniuers litteræ mutatione malim, quæ  
me Dius Fidius amet, inquit (per eum autem deum  
iurat ex more, quod sub dio esset) necesse esse video  
eloqui me tibi omnia, ita me obstinate aggressus es.  
Adiurauerat illum nempe per suam & fuorum fa  
tem, quæ obtestatio veteribus sanctissima erat. Ap  
puleius Milesiarum 11. Sic ille commotus: sed insta  
Byrrhene, quæ cum adiuratione sua salutis ingratius  
effari perfecit ut vellet.

Scena, Hercle vero.

Metuo ne ille obſcenarit meæ falſa fallacia.  
Laudat aliter Nonius, Et vocum illuc obſcaenauit. Com  
p̄t̄e, nemo negat: sed vnde nescio an verum eloc  
tim, Ecquo nunc illex obſcaenauit. Ecqua, inquit, ille re  
mihi fallaciarum comitia vitiauit. Idic antiqui pro  
ille, ut omnes norunt. Terentius: Quam illuc quoniam  
vnde is sit theſaurus sibi.

CAPTE

## CAPUT XXI.

Incari. Tricones. Reposcones. Abundare voluptatibus.  
Turpilij fragmenta emaculata.

THESAURVS mendorum Nonius est quan-  
tumusinde multa tollas, plura semper supererupt.  
Turpilij in eo reliquias quas persanaui, volui qui-  
dam certe, iam dabo.

## In Sublegete.

Turpilij. Boëbun. Qui verba venatur mea pestis, ars  
cadat & sermonem hinc sublegat.

Reste vir doctus, arcedat. Ego isthoc adlo, vidē  
precedentia male affecta, legendumque:

qui verba venetur mea,  
Pestis arcedat, & sermonem hinc sublegat.  
Dix pro postes scriptum in errorem induxerat eum  
turpilij, qui pro accedat arecedat ἀπχαινός exaratum  
viderat. Ita autem ferè & Terctius Phormione.

## In Obsequula.

Turpilius Epiclero. Neque offerre hunc diutius errari &  
conqueri necesse sua obsequula.  
Antior scribisse poëtam, Neque ferre hunc diutius tri-  
cones & conqueri, Nec esse sua obsequula. Tricari est cre-  
scitatem delectando frustrari, & spe inani ducere.  
Tricones enim mala & impedita nomina dicuntur.  
Lucilius:

Luciu' Cotta senex, Crasi pater huiu' Panet  
Magnus trico fuit nummariu' soluere nulli  
Lentus.  
Quo in loco multum risi Nonium. Lentus nulli sol-  
vere est eo ipso quod soluat nulli malè audiens & in-  
quis. Lentum nomen, idem quod malum. Ad At-  
lanticum; Teucris illa lentum sanè negocium. Contra repo-  
E scones

66 . V E R I S I M I L I V M

scones Ammiano flagitatores sunt, qui assiduo con-  
uitio creditum repetunt. libro xxi. Aegypti con-  
uersi sunt & reposcenes acerrimi.

In Legere.

Turpilius Epiclero. Quoniam legere te optimum esse  
que equissimum: qua cum vegeta etas & incedere  
esse tibi.

Verba sunt adolescentem cohortantis ad accipie-  
dam condicōnem vxoriam. Ea sic corrigo, & u-  
narios, vnde excidere, repono.

Quoniam legerate esset optimum & que equissimum,  
Quia cōn regenda etas & viuendum est tibi.

Vegere etatem eleganter dixisse arbitror, pro exhi-  
bare & iucundē traducere. Pomponius: Animas me-  
veget voluptatibus.

In Caries.

Turpilius Leucadia. Ciperi, viden ut osculari can-  
num illunc illac pudet?

Scribe, meo periculo: Hei perij. Fons mendi, quod  
pro hei scriptum fuit, & p̄sī, prop̄sī.

In Immortalitus.

Turpilius Hetera. Satine ut meum cor voluptatibus  
immortalitus se obtulit mihi hac facultas.

Emendo: Satine ut meum cor voluptatibus  
Abundat? immortalitus se se obtulit  
Mibi hac facultas.

Abundare voluptatibus multi visitarunt; nec pro-  
quicquam venustius. ita propemodum ipse Tur-  
pilius Philopatro:

Mira lenitudo ac suavitate abundat.  
Neque mirabitur euanuisse syllabas duas, similim-  
ne antecedentium deceptis librariis, qui scriptori-  
bros triuerit. Stare voluptatibus, ferri hic non po-  
test.

Nihil enim minus quam stat cor cum gaudio  
delibutum est: fluit potius & lubrico quodam hu-  
more quasi perfusum abundat. Tum semper hor-  
rem aut neglectum, certe quietem verbum scandi  
significat: ut in illis ipsis exemplis, quae a viro docto  
ac conferuntur, Titinnij, Siscennæ; præterea Virgi-  
nij illo,  
Stat puluere calum.

## CAPVT XXII.

Correctus Plautus Casina & Mostellaria.

CASINA Scena, Sine modò rus venit.  
Recessim cedam ad parietem: imitabor nepam.  
Efecto colligo veterem scripturam & germanam es-  
se. Recessim dabo me ad parietem. Dare se aliquò aut  
quando visitatum Plauto & eius seculi scriptoribus.  
Mostellaria, Scena Hoc anno.

Clanculum ex edibus me edidi foras.

Malum, me dedi foras. Eadem Casina, in commemo-  
natione flagitosæ turpitudinis, quam Stalinus in se  
admirerat:

Si malum merni, hac dabo protinam me infugam. C. L.  
heus Stalinus

Amator, s. t. occidi! reuocor.

Langij paullò aliter. c. l. staeloco. Non dubitabis  
verum esse, staeloco. Eloco idem esse quod illico su-  
nec possum docuius.

## CAPVT XXIII.

Fragmenta Turpilij aliquanta restituta.

PAVO etiam num mihi superant in Turpilio  
quid cundem Nonium. In Præstolat.

E 2

Turpil.

Turpil. Pedio. Ego præstolabo illi, eo citante opicam  
Corrigere, illico hic ante hospitium. In Condemnare.  
Turpilius Leucas. Et amplius illam apparere condonare  
quandoquidem voti condemnata est.  
Tentabam legere, Etiam thus illam apparare. Loquuntur  
enim de apparatu rei diuinæ.

Accusat. pro Ablatiuo.

Turpil. Epiclero. Sed vola, vt familia nostra officia  
gatur faa.

Rectius existimo esse, Sedulò vt. Ibidem:

Turpil. Vis me potiri? fac ergo potiar quod volo.  
Puit cam mutarem, Vis me largiri: sed destitui. Verbi  
meretriculae sunt ad amatorem inanem, qui verba  
postularet satis facere. Vis me, inquit, ductare.  
argentum cedo. Adiiciam capitis supplendi venia  
duos excusdém Turpilij Pedio, quos à Nonio in  
niuit & Intui adductos rectè, ni fallor, compulsi.

Quandoquidem amorem intercapidine ipse leniuit  
Tamen oculi longa intercapidine appetunt cupide amantur.  
Tametsi, inquit, amore non tempus & interuallat  
ci extinxerit: tamen videre multò post quam am  
ueris, volupe est. Lepida mehercule sententia, & que  
homines belli nō ēst̄ mōi veram esse non negabunt.

#### CAPUT XXIV.

In A. Gellio pauca animaduersa: & corre  
cti versus Cœciliū.

PRÆLVCET nobis tamquā facem exemplum  
in hoc miscellaneo scribendi generē scriptor Artic  
rum Noctium: solus ille quidem ex tanta copia de  
ticorum veterum reliquias; neq; tamen melius quae  
ceteri boni auctores ab imperitis librariis acceptas.

Eius vulneribus paucula persanauit, libro 11. capitulo XXIII.

Nihil dicam ego quantoperè differat versus utriusque eximus: sit satis alius ad iudicium faciendum exponi.

Titum & in verbis est & in interpunctione. Legi, n.d. q. differant: versus utriusque eximios sit satis &c. Idem paullo infra:

Quodque Menander preclara & apposite & facete scripsit, ea Cæcilius nequaquam potuit & quidem conatus enarrare: sed quasi minimè probanda prætermisit, & nescio quasi mimica inculcauit.

In editiones veteres: recentiores emendaunt, nescio quæ mimica: ego, nescio quæ à se mimica: haud dubio sit. Cùm, inquit, Cæcilius leporem Menandri non aliqueretur, sua nescio quæ leuia & histrionica eorum vicem supposuit. Mox Cæcilij versus ita vulgat:

Sed tua morosa ne vxor quæso est? quam rogas?  
Quis tandem? tædet mentionis, quæ mihi vbi domum  
Adueni, ac fodi, extemplo suauium datat ieuna anima.  
Nihil peccat de suauio & aduomas vult quod foris potaueris.

Emendo & repono in numeros ita:  
Sed tua morosa ne vxor est quæso? an rogas?  
Qui tandem? tædet mentionis; quæ mihi  
Vbi domum adueni, assedi, extemplo suauium  
Datat ieuna anima. Nil peccat suauio  
Vi suomas volt, quod foris potaueris.

## CAPUT XXV.

LXXXI. Afferere. Rudente Plauti duum locorum correctio.

RUDENTE Plautina, principio prologi, his ver-

*Qui est imperator diuum atque hominum Iuppiter.*

*Is nos per gentes, alium alia disparat.*

magna mihi suspicio est, excidisse vocem antiquam  
& scribendum esse, alium aliuta disparat. Aliuta  
quae est aliter: vnde hoc in legibus Numa regis  
quis aliuta faxit, ipsos Ioui sacer esto. Eadem, &c.  
Nunc id est:

*Nec villa specula est, qua salutem afferat.*

Omnino rectum esse existimo, qua salutem afferat.  
Spes salutem non adfert, sed promittit: animo et  
rationibus inducto. Afferere autem confirmare  
caussis cum ita sentias expositis. Cicero Latio:  
bil igitur afferunt, qui in re gerunda senectutem re  
negant.

Ant. Mu.  
Variae Le.  
LIII

IANI GVLIELMII  
VERISIMILIVM  
LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

interdare. Bonis emungi, eluere. Offrena. Plautus Ca-  
pinis emendatus, & si forte, Rudente.

**M**VS A S ipsas mihi demixeri video,  
Plauti vulneribus cùm niedeor. ne-  
que immerito fortasse: si verum est,  
quod viri doctissimi affirmarunt, eas,  
si Latinè loquerentur, Plauti verbis  
sermonem texturas fuisse. Ea re lu-  
bens meritò feci Captiuis eius aliquot malè affectis  
membris remedium ut properarem. Scæna, Inicite  
tunc actutum.

Quando ego te exemplis pessumis excruciauero,  
Atque ob sutelas tuas te morti misera  
Vel te interisse, vel perisse predicent,  
Dum pereas, nihil interdico, dicant vivere.  
Versu postremo emendo, Dum pereas, nihil interduo.  
Nihil interdare, susque de quæ facere est  $\chi \alpha \delta \alpha \rho \sigma \epsilon \nu$ .  
Sic idem Plautus ciccum, floccum non interdare in  
eadem significatione usurpat, Trinumo.  
Sed enim tu quis sis, qui non sis, floccum non interduim.

Et Rudente:  
Eluas tu an exungare ciccum non interduim.  
Vbi, ne quid dissimulem, n. alim legi, Eluas tu an e-  
mangare. Dixerat Charmides: echo an te paenitet

E 4

In mari

In mari quod elavi, nisi hic in terra iterum elavam?  
 Alludens ad naufragium suum & formulam, cui  
 decoctores & damnoſi bonis eluere dicuntur: cuius  
 illiciens seruulus, mihi, inquit, ſusque deinceps, bo-  
 nis eluas, quod fortunae aut luxus eſt; an hiſdem  
 mungare, quod dolis & technis fieri norunt, quib-  
 tinè ſciunt: & accidiffet Charmidi, ſi veftem mox  
 induxitſet animumi. Quamquam non negem ad-  
 c̄tiones & laulationes veterū potuisse rexpofitio-  
 tam. Ita ut hoc in medio relinquo; ita, niſi adme-  
 dum fallor, doq̄i non negabun⁹ recte à me confe-  
 tum locum Captiuis: vt & hunc, eadem Scena.

*Quod abſque hec eſſet, qui mihi hoc fecit palam,*

*Vſque offerre natum ſuis me ducitarent dolis.*  
 Ridiculè interpretatur Lambinus: atqui ipſi com-  
 mentum placet. Langiani libri, ofereparum. tulit  
 meo periculo: offrenatum. Offrenati dolis, qui velut  
 capistro ori inieicto dolis deuincti quolibet ducan-  
 tu. Vſurpat Plautinæ elegantiæ diligens imitator  
 Appuleius, libro De Asio loquitor. Hunc (de Cerbero  
 loquitur) offrenatum vnius offulae præda facile prætrahit.  
 Scena quæ hanc præcedit:

*Ita mihi ſolido ſuis os ſubleuere offuciis.*  
*eiusdem Langij libri, ſolido vorsus os. Corrigit Lan-*  
*binus, ſurſum vorſum. fatis audacter meherculè: &*  
*proprius libros scriptos ego, vorſutus os ſubleuere offuciis.*

### CAPUT II.

*Exſiliij cauſa ſolum vertere. Fatiſcere. Cicero epiftola ad  
 Brutum emaculatus.*

*SVDIFFICILE* eſt plurimis bonorum anſto-  
 rum locis ſubodorari inculcatam lectionem & ag-  
 nitionem.



mina dignoscere: ita veteratoriè sæpenumero graſ-  
tiaſt correctorum licentia. Quin immò falleret sæ-  
numero & pro vera probaret, absque testibus ido-  
nis venitè descriptis membranis eſſet. Eiusmodi, si  
nisi aliud, locus eſt Ciceronis ad Brutum & Cas-  
tum, epiftola D. Bruti. *Qui ſi ita ſe habet, ut quemad-*  
*modum audiebam de Græcio conſugi cum eo ſine periculo*  
*ne poſit: non ille mihi fugiſſa à Mutina videtur; ſed locum*  
*belli gaendimutasse. Itaque homines alij fracti ſunt: non*  
*nuli etiam conqueruntur, quod perſecuti non ſitis. Sine*  
*ſuffiſione mendi, abique libro veteri eſſet doctiſſimi*  
*viri & mihi amicissimi Godescalci Steuzechij: qui*  
*reclamare, ſi quid iudico, legit, ſed ſolum belli gerendi mu-*  
*tuſe. Qui exſulatum ierunt ſolum mutasse ſeu ver-*  
*alle exſiliij cauſa dicuntur. Paradoxo i v. Quos le-*  
*tulere exſiliū affici volunt, exſules ſunt, etiam ſi ſolum non mu-*  
*tarunt. Philippica v. Habent enim legitimam excuſa-*  
*mē exſiliij cauſa ſolum vertiſſe, neque eſſe poſtea reſti-*  
*uitos. Ita hic perurbanè ait Antonium ſolum mu-*  
*tauſe non exſiliij cauſa, ſed Dellī gerendi: ſic enim ſæ-*  
*loquitur omiſſo eo, quod de ſuo certatim adiece-*  
*re correctores, cauſa. Mox quæ ſequuntur plerique*  
*omnes mss. ita concipiunt; Itaque homines alij facti*  
*ſunt: idque tuetur & explicat Manutius. Mihi ta-*  
*men litterulæ traiectione eleganter emendari vide-*  
*tur, homines alij fatiſcunt. Fatiſcere eſt labascere &*  
*ab animi alacritate deficere. Tacitus: Donec fatiſ-*  
*ter ſeditio & ſua quiske in tentoria dilaberetur. Sed*  
*videtur viri docti; quorum iudiciis & hoc & ce-*  
*teras meas obſeruatiunculas libens merito ſub-*  
*mitto,*

## CAPVT III.

*A se spernere. Virtus. Maculam eluere. Fusti pedem. Ius  
tus Sticho correctius & Ennius apud Nonium.*

*A d Planti Captiuos, vnde modò discessi,  
Scæna, Nunc illud est.*

*Nunc spes opesque auxiliaque à me segregant, p[ro]p[ri]etate  
que mea.*

Propè est ut adfirmem scribisse Plautum, *sp[iritu] que se. Spernere disiungere & segregare est. Eius  
plum* Nonpij laudat Nonius in hoc verbo, *Hec  
lytris. Melius est virtute ius. nam sepe virtute malis  
ciscuntur ius, atque aequum se à malis sperti procul. Cap-  
go & repono in numeros,* *Melius est*

*Virtute ius. Nam sepe virtutem malis  
ciscuntur; ius atque aequum se à malis  
Spernit procul.*

*Aurea planè sententia, & quād dolendum esset la-  
tuissim in corruptela diutius. Virtute intelligit nobis  
& vires corporis. Glosarium vetus: *Virtus aperi-  
spic, l[oc]us, duum[er]ius: aut, certe animi inconsultam  
rocitatem. Eadem Captiuus. Scæna Quanno  
pectore.**

*HE. Pol mærores mi antevertunt gaudiis. ER.  
irascier,*

*Iam ego ex corpore exigam omnis maculas mero-  
Langius in mss. suis repperit, ex corpore exuam, Non-  
certius meridie lucre, quād hic scribendum. Eluuntur propriè è veste maculæ: inde ad annum  
transstulit etiam Pœnulo:*

*Inest amoris macula h[ab]et homini in pectore  
Sine magno damno que elui neutiquam potest.*

Scæna eadem.

Nam hercle nisi mantiscinatus probè ero, fusti plectito.  
Ictius iidem libri, pectito. Ita Menæchmis: pecte os  
pugis. Et hinc depexum dare Teretio malo multare est.

## CAPVT IV.

Horus, Miluina. Externatus animi. Loca Lautia. Re-  
futatus Appuleius pluries.

APP VLE II libro secundo in festiu illa narratio-  
ne Telerephantis male hæc vulgo leguntur:  
Et conuersa Philodespotum requirit auctore, ei que pre-  
cepit, bono custodi redderet sine mora præmium.  
Scibeo, requirit auctorem. Actores in seruilibus offi-  
cii, quibus peculium domini & rationes curæ erant:  
Iherusalem se faciat ille A sinaria Leonida, qui res rationes  
que heri Ballionis curo, argentum accepto, expenso, & cui  
debet dato. Paullò post:

Sic in modum superbi iuuenis Adoni vel musteluacis peplos  
laceratus & discerpens aumo proturbor.

Borrentum verbi hoc quidem, musteluacis: sed vide,  
stecke diuinaui, vel miselli Acis piplis laceratus. Ut ob  
amorem inquit lacerati sunt Adonus & Acis, alter à  
Marte in aprum conuerso, à Polyphemo alter: ita  
ego petulantiam verbi, pugnis & piplis discerptus,  
lui. Mox:

Sic ille senex lamentabiles questus singulus instrepebat. sa-  
uire vulgus interdum, & facti verisimilitudine ad cri-  
minis credulitatem impelli.

In prioribus malim, questus singultiens strepebat. Dixit  
enim paullò ante: Voce conienta quidem, sed assiduis sin-  
gulibus impedita. Postea certa emendatio est, vulgus  
incertum. Virgilius in re simili:

Scindi-

Scinditur incertum studia in contraria vulg.

Idem Appuleius libro III.

Tu ne ultima non cessas subinde lectorum iuuenum tibi  
lamenta subripere.

Nescio an verum sit, Tu ne milaina: vt ad rapaciam  
tem eius auis alludat, vt & Q. Frater apud Cicero  
nem: Renunciatur mihi Licinii plagiarii cum fundo  
miluino tributa exigere. Ita Plautus vehementer in  
appetentiam miluinam nominat, ab eiusdem  
edacitate. Menachmis:

Madida quæ mihi apposita in mensa miluinam suggesta  
Eodem libro.

Sic exterminatus animi attonitus in amentia vigila  
sonniabam: defrictis adeò diu populis an vigilans  
quarebam.

Lubens legerem, externatus animi. Catullus:  
assiduis quam luctibus exterminauit

Spinosas Erycina serens in pectore curas.

Potesta scribo, pupulis: postulante sententia. Aliqua  
to post:

Atque ego rebar &c. equum illum meum hospitium uide  
ca lauta mihi prebiturum.

Lego, loca lautia. Innuit ea quæ Romæ legatis pra  
bantur loca lautia. Liuuis x L V II. Consulti ab M.  
nicio Cos. patres, stantibus in Comitio legatis, an loca lauti  
senatumque darent, nullum hospitale ius in iis seruandum  
censuerunt. Et corruptus in hoc verbo etiam alias, sed  
locus nunc non succurrit; Appuleius.

### CAPVT V.

Sparti. Tages. Emaculatus Censorinus, & fragmentum  
L. Attij.

LVCVENTVS scriptor Censorinus est, quem

de magnoperè intererat rei litterariæ minus aliquando depravatum manibus eruditis teri. In eo non longè à principio vulgo editus.

In quo non ut plerisque mos est aut hic aperta philosophia præcepta ad beatè viuendum quæ tibi scriberem mutuatus sum.

Optimus liber ms. paullò aliter, aut ex hic apertè. Magis veritas legendum esse, aut ex ethica parte philosophiae: & id vincunt planissimè quæ inibi sequuntur.

Mox sub fine capitulū tertij:

Vt in Arcadia ferrœ regione Erichthonius humo exortus: & in Colchide vel Bœotia constitutus denib[us] armati partus.

Hic liber, dentibus armatis partotœ. Quod tamquam manu me duxit ad eruendum verum, armati spartœ. Spartœ, siue manus σπαρτοὶ, mythologis non Græcis modo sed & Latinis dicti fratres Cadmei & in Colchis latu dentium enati. Varro rerum humanarum.

IXV. Ego Sparta apud Homerum non plus spartum significare puto, quam Spartos qui dicuntur in agro Thebano nata. Meminit & Ammianus libro x i x. etiam Euripi-  
us cum aliâs, tum Phœnissis his versibus:

Χθὼν δ' αὐτὴ καρπός καρπὸν, αὐτίδ' αἴματος  
αἷμι ἦ λάβη βερτειον, ἔξετ' οὐ μηνῆ  
γνῶ, οὐ ποδὸς ὑμῖν χρυσοπήλικα σάχιν  
σπαρτῶν αἰνίνεν. οὐ γάρ τις δὲ δεῖ θανεῖν  
τέο, οὐ δε εἰνοντος γάρ τις οὐ πέφυνε πάῖς.  
οὐ δ' οὐδέδει οὐ μῖν λοιπός εἰ σπαρτῶν γάρ τις,  
ἀκέραιος, εἰ τε μετρὺς ἀρσέγων τὸ δέο.

Versus penultiimi translatio L. Attij etiam nunc ex-  
fusa Nonio conseruata, in Antiquior:

Attius



Attius Phœniss ab draconis: surpe armata exaratus  
nere antiquior.

Quis non videt, quām hæc corrupta? olim dicit  
iam proximè ductum litterarum malo corrigent  
ab draconis es

Stirpe armata exaratus, genere antiquior.

Exaratus, si rem spectes, ἀράτης est, agrum enim  
situm qui dicit, eundem aratum, ut Grammatici  
quuntur, significat. Reponendum id veris  
hoc quoque Censorini loco paucis interiectis re  
fibus:

Nec non in agro Tarquinienſi puer dicitur diuinitus ex  
tus nomine Tages.

MS. diuinitus exoratus. Quis dubitet verum esse, re  
ratus. M. Tullius De Diuinatione 11. Tages quidam  
dicitur in agro Tarquinienſi cum terra araretur, & sub  
altius effet impressus, extitisse repente & eum affatus q  
qui arabat. Vide porro quæ sequuntur illico & Am  
mianum Marcellinum libro xxii.

### C A P V T VI.

Tentio. Tentigo. Tendere. Mors Aristotelis. uieq. Mort  
Ex eodem Censorino menda aliquot sublata.

E I V S D E M Censorini, vbi de seminis proflu  
tia philosophorum, controversas opiniones recenseret,  
locus ita vulgatur: Hipponi vero Metapontino, sive, n  
Aristoxenus auctor est, Sanio ex medullis profluere semina  
videtur, idque eo probari quod post adiunctionem (stare  
& tē ms.) medullas utpote exhaustas non seperat: sed hanc  
opinionem nonnulli refellant, ut Anaxagoras, Democritus,  
Alcmaeon. hic enim post Grecam contentionem non medullis  
modo, verū & adipe multaque carne mares exhausti



dependent. In quibus verbis, quid sibi velint illa, post lucam contentionem, nullus video: & mirum, ni venest coniectura mea, post gregum contentionem, sive ponis, vt Palmerio nostro videbatur, tensionem. Vitudando loco fuit cognatio litteratum C. & G? quæ in multis promiscue & scribebantur & efferebantur. Sic eadem esse cerro, gerro, calbei, galbei; acetare, agitare ex Grammaticis notum est. Græcum ergo propterum antiquè scriptum cùm offendet nescio qui tenebit, loco nebulam quam dispulimus offendit. Tensionem accipio ὄψιν τοῦ σωματοῦ. tendere enim in obscenis est: vnde tendere qui libidinatur, & tentigo ο πειαπούδ in carmine Ithyphallico.

Idem Censorinus Capite V.

Aristotelem Stagiritem reperit: sed hunc ferunt naturalem stomachi infirmitatem variisque morbi corporis offensiones adeò virtute animi diu sustentasse, vi magis mirum sit ad annos LXXI. eum vitam perutisse, quam ultra non perutuisse.

Primum r̄e repperit syllaba vltima in ms. in litura. vnde mihi suspicio est fuisse, reperio. Reppetrat quod scribit lectione veterum Στοιχεῖον: è quibus Diogenes prodidit Aristotelem cùm annos tredecim in Lyceo scholas habuisset, secessisse in Chalcidem, ibique anno ætatis sexagesimo tertio morbo esse confectum. Postea malim scribi, quam vlt̄a non protulisse. Suauior enim est παρονομα & sententia apertior. Mirum ait esse, perseverare in vita eo usque potuisse; tantum abesse, vt etiam porro eam extendere potuerit.

Idem Capite IIX.

Nam vt alie occasum alie stationem faciant, nosque omnes

omnes hac sua disparilitate pariter afficiantur  
potentia.

Locus vix suspectus vitij: sed optimæ membranæ  
benç, hac sua disparilitatem peritura. Vnde non diffi-  
limum fuit elicere: *disparili temperatura*. Dispari-  
astra temperata sunt, ab iisque nos omnes afficiuntur  
sed non pariter sive eodem modo, quod tinnit  
gata lectio, sed diuersimodè.

Idem Capite ix.

Sunt autem haec particulae in unoquoque signo tricen-  
tius verò Zodiaci numero ccc lxx. has uero Græci  
calle, & haec particulae nobis veluti fata sunt.

Plinius mss. has uerò Græci cognominarunt: eo videlicet  
quod eas fatales nuncupant uerò. præclarè; leviter-  
men immuto, quod deas fatales. uerò Parca sunt  
Apollodorus: ex uerò dñs dñmis & tñs epoxi pñr  
dñjatérus, uerò, epoxi, dñm, uerò, uerò, dñm, dñm  
Addo isthuc uerò vetustissimos Latinos Mo-  
ram transstulisse. Liuius Odyssea:

*Quando dies adueniet, quem Morta profata est.*

### CAPUT VII.

Rata vota. Resignare. Lena. Discingere. Emaculati-  
sus aliquot Martialis.

ELEGANS, meo animo, poëta Martialis, & è quo  
festiuitatis & eruditio leporis multum haurire celi-  
fuissest tamen haud dubio aliquantò amplius, si mo-  
rem maiorum æmulari, quām sæculum suum imi-  
ni; & sua interdum quām epigrammatum linguis-  
qui maluisset. In eius libro ix. quædam non ma-  
gnæ rei quæ sparsim in stauo studiosos poëtices non  
celabo.

Epigram-

## Epigrammate x i x.

Litone venerande nepos, qui mitibus herbis  
Parcarum exoras pensa breuésque colus,  
Hos tibi laudatos dominorum voce capillos  
Ille tuus Latia misit ab urbe puer.

Versu tertio in ms. erat quem ab optimo & eruditissimo theologo Iacobo Huttero habui, domino rata votu. Non dubitabis, quin scribendum sit, Hos tibi, laudatos domino, rata vota c. Ratum votum, cum is qui diminas voti est se exsoluit: quod hic facit Earinus, nullo ad Apollinem capillatio.

## Epigrammate x x x vi.

Verba ducis Daci Cattis mandata resignas  
Victricem laurum quam venit ante vides.  
Videlicet principi Dacorum cum Cattis & bene idem  
cattis mandata. De epistolis poetam loqui clatur verbum illis proprium, resignas. Adeo, inquit, impudenter garrulus es Philomuse & mendax, ut principum quoque remotissimorum secreta litteris camilla non ignorare videvi velis.

## Epigrammate L.

Dum noua, dum nitida fulgebat splendida lana,  
Dumque erat auctoris nomine digna sui.  
As leua. Suspicor reponendum esse, lana: quod instrumentum exterius est, & ab ea parte splendor totus conspicuus.

## Epigrammate c. i v.

Petrat am Scythico discindit Amazona nodo:  
Addidit Arcadicu terga leonis apro.  
deripedem sylvis ceruum, Stymphalidas vndis  
Abstulit, à Stygia cum cane nit aqua.  
Optime ms. discinxit Amazona: hoc est, ut interpre-

F tatur

tatur Ausonius: *Threiciam sexto spoliant Amazanis teo.* Deinde idem liber habet, *Stymphalidae* etiam historiam aptius, nam volantes eas Hercules docit. Seneca:

*Solitásque pinnis condere obductis diem  
Perit ab ipsis nubibus Stymphalidae.*

Necque tamen malè vulgati. *Stymphalum enim istæ furiæ habitabant.*

### C A P V T I I X .

*Exefficio. Curiosi, proverbiū. Correcta fragmenta  
nij & Noguij: & illustratus Plautus.*

**N O N I V S** in Extundo.

*Afranius Epistula. Atque adeo extundo, ex officio  
mihi cuius adiendus.*

Repone verbum antiquum, extundo, exefficio. Tru-  
lento: Numquam hoc vno die exefficias opus.

In Contendere.

*Afran. Epist. Non licet que qua contendisset ita permutari.  
Editio vetus, contendisse. Diuidi verbum & le-  
qua contendisti semita.*

In Serius.

*Afran. Priuigno. Non ego te noui tristem, serium.*

*Malim, tristem, teruum, serium: aut certè, quod  
Stewechio placebat, sexum.*

In Caries.

*Afran. Priuigno. Nemo illa vivit carie cariosior.  
Rectius ms. curiosior. Curiosi, vulgi dieterium impri-  
ciles & macilentos: quasi ij curis semet confundens  
& macerarent. Hoc adieci, ut illustrarem locum  
Plauti Aulularia.*

*Enam agnum misi. e v. quo quidem agno sat scio*

*Magis curiosam nusquam esse ullam bestiam.*

*M.E. Volo ego exte scire qui sit agnus curio.*

*e v. Quis ossa atque pellis totus, ita cura macet.*

In Timos.

*Nenius Lycurgo. Iam ibi nos aduenientes duplicant timos vaposque.*

Cotrigit Innius, *timos Panos*; & intelligit τὸ παρεῖδον: quod manes eius me condonent, non recte. Potius amoris transpositis legendum, *timos paucosque*. Vtrumque in exercitu formidolosum esse indicant tempora Roma, Pavori & Pallori iam inde à Tulli registeris sacra, & Salij Pavorij & Pallorij ira hominum daemorum auerruncandarum instituti.

In Melos.

*Nenius Lycurgo. Suauè summum melos.* *me mendum, sed quod plerosque fugit: corrigere, suauissimum melos.*

### CAPUT IX.

*Amrehendere. Omnes inimicos repperire, prouerbium. Rati.* Correctus Plautus Epidico, Terentius Andria.

NON abs te Epidicu[m] suam tantoperè amauit ipse Plautus, fabulam inuentione arguta, sermone seruo & facetiis affluent: tum omni arte scenica expositam. Eius primo statim versu:

*Heus adolescens. t h. quis properantem me prehendit pallo?*

*EP. Familiari.*

*Ubienter correxerim, properantem reprehendit. Reprehenduntur propriè, quos in via asselutos prehensorio tremoramus, aut serui fugitiui, cum è fuga retrahuntur.*

F 2 trahuntur.

trahuntur. Milite: *Vel ille quæ me here pallor impulerunt. Bacchidibus:*

*Aufugero hercle, si magis vñus venerit,*

*S' ero reprehensus, malo ego illum infirmum.*

Inde transitione in aliud se reprehendere Terentius: *est animum iamiam exiturum quo non opus est uti retrahere. Adelphis:*

*Sensi illuc, id illas suspicari: sed me reprehendi tam*

*Ne quid de fratre garrula illi dicerem ac fieri pateretur?* Ita optimum fragmentum Colonense, omnino illius quam editi libri, me repressi tamen. quod  
ritius esset à scolis huc inculcatum apparet.

*Scena, Rem tibi sum.*

*Qui inuident, omnis inimicos mihi isthac factores.* Non me fugit, sententiam hinc elici non incommodam. Placet tamen impensius, *Quin ride, omnes,* id aptius ad consecutionem orationis est. Propter bialiter iactabant, omnis se inimicos repperire, quam rem aduersus multorum, suorum, in primis sentiam aggressi essent. *Terentius:*

*Per omnis tibi adiuro deos, numquam eam me turum,*

*Non si capiundos mihi sciām esse inimicos omni homi.* *Scena, Malè morigerus.*

*S.T. Ego te seruabo. E.P. ad eponē illi melius, fūti fuant.*

*Sed quis est hac muliercula & illuc rauistellus qui venit?* Non heri aut hodie primum de hoc loco discerum: sed iam arte Festi tempora, quantum videlicet quid enim aliud causæ arbitremur, cur ille hic modò grauastellus agnoscat, modò rauistellus? vero que certè explicat, cum alterutrum tantum verum esse possit. Mihi, si fas est contra veterum Grammaticorum

dorum auctoritatem niti, suspicio adhesit, fortean  
dum fuisse:

*Sed quis est isthac muliercula & illic rauus: ellus qui  
venit.*

Rauus cui canitie caput iam interspergitur. unde rau-  
um lupam Horatius dixit pro cana: & Varro, oeu-  
ro rauos; pro glaucis siue cæsiis. Ellus δειπνὸν est,  
uin Terentio:

*Nescio qui senex modò venit: ellum, condens, catus.  
Aliquem locum operæ erit videre, quæ notariit Do-  
matus. Hanc tamen coniecturam meam ut veram es-  
se non præsto: ita fraudi mihi apud viros benos &  
auditos futurum non spero, quid mihi leuiter vi-  
deretur indicasse.*

### CAPUT X.

*Tempori. Magis magisque. Scuta proiecta. Emaculata.  
fragmenta Sisennæ.*

In L. Sisenna magnam iacturam fecerunt Roma-  
nittere, non solum historiæ caussa, qua vicit om-  
nes superiores: sed etiam linguae ipsius, cuius bene-  
gnatum fuisse & Cicero testatur & indicio sunt fra-  
gmenta quasi gustus cuiusdam caussa relicta nobis in  
litteris Grammaticorum. In iis hæc obseruabam.

Nonius in Manipulus.

*Sisenna lib. III. Coniuctus tamen & tempora singula con-  
stituit, & manipulos sicut stetera obuerter iussit.  
Eamendo, & tempori signa constituit e. m. s. steterant.  
Tempori sæpè idem quod numero & celeriter. Ru-  
dente: Vigilare hominem oportet, qui sua vult tempori con-  
sone negocia.*

In Discedere.

Sisenna Histor. LV. Armata dextra duci magis latitudinem discedunt.

Scribendum, Armati d. d. magis magisque in Latitudinem. Elegans ea geminatio, & frequens opinio quae scriptorum veterum. Ad quod exemplum lularia Plautus usitauit, plus plusque: minus nusque.

Plus plusque isthuc possitent quod habes. Et

At ille verò minus minusque impendio

Cuiusque minus que me impetrare honoribus.

Itaque hanc scio àne exciderit vocula apud Tertium Eunuchum

& qui a consimilem luserat

Iam olim illud ludum, impendio magis animus quod bat mibi.

Scribendumque sit, impendio magis magisque. Ceam legiōnem neque numeri excludūt, & semper propè flagitat. Sed ad Sisennam redeo.

Macrobius Saturnal. VI. IV.

Sed & Sisenna in secundo dixit. Et Marsi proprii sunt, atque ita scutis projectis tectis saxa certantur, ta manibus coniiciunt in hostes.

Corrigo, scutis projectis tecti saxa certantur. Projecta scuta dixit obtenta & obiecta ieiui hōris & ita accepisse Macrobius docet versus Virgilij igit̄ ictio dum pede laeo Aptat se pugna.

### CAPVT XI.

Gram orationis adhibere. Ora pro rei initio.  
Miles Flauti emendata.

MILITE, Scena Mihi ad enarrandum.



Ego quanto citius possum mihi nauem paro.  
Salpitor reponendum verbum vetus, Ego quantocytus  
sum. Mox:  
Vbi sumus proiecti in altum, id quod volunt,  
Capiunt prædones nauem illam ubi vectus fui.  
Nage sermonis, id quod volunt. quis enim existimet  
non noluisse capere nauem, quam adorarentur? Cen-  
so corrigendum esse, illicè aduolant Prædones, capiunt.  
Fons corruptelæ vicinitas litterarum D & L, &  
C & Q.

## Scæna, Rem omnes.

## —meretricem commoneri

Quam sanè magni referat mihi clam est. quin ego me  
frustrò  
Postquam admisere aures tua meæ moram orationis  
Tibi dixi, miles quemadmodum potis effet deasciri.  
Hec è vestigiis Vaticani elegantissimus Lipsius,  
Postquam adhibere: sententia tamen nihilo magis aper-  
ta est, quam immutatione non magna præciatè (quid  
cum verat dicere, quod seruo?) restitui:

## —meretricem commoneri

Quam sanè magni referat, nihil clam est. quin ego vtrò,  
Postquam adhibere aures mee tue oram orationis,  
Tibi dixi &c.  
Meretricem, ait, in maleficio monere nihil opus es-  
t, palam est; vt pote quæ omnes moles maleficas do-  
mi habet. Etenim me vide, quæ tibi, simul exorsus  
es narrare de circumueniendo milite, vtrò modum  
cius rei perficiendæ ostendi. In prioribus editiones  
veteres expressi; vnum dumtaxat ausus ex frustro fa-  
cete vtrò: quod & sententia, & numeri flagitant,  
neque ita longè abit ab alterius vocis vestigii. Ne-  
que morari hic lubet, dum ostendam quam inceptè

hactenus libros obsfederit, mora. Orationis oram adbibere est sermonem degustare: translatione à ipso quæ aquam imbibunt venustissimè ducta. Et non tantum terra, sed cuiuscumque rei initium, an h[ab]itus. Cæcilius:

Quam reperire nullam, quam expediam, queo.  
Ennius:

Qui potis ingentis oras euoluere belli.

### CAPUT XII.

*D*e silicernia, notata quæpiam. λίχνοι. Rapere de rogo nam. Bustirapi. Correctæ glossæ veteres. & apud Varro.

SILICERNIVM notum est coniuuium functione fuisse: illud fortassis non perinde manibus defuncti ab exsequiis oblatum, neque fas fuisse degustare eō quidquam, qui intulissent; sed tantum cerneret lectione: vnde veriloquium eius nonnulli deducunt auctor in Adelphos Donatus, & Glossarium versus Silicernium, περὶ εἰπτων. λύχνοι γέ ἀπτενες τοῦ διοίδειος. Arbitror enim litterulae mutatione recte reflectui, λίχνας. οἱ λίχνοι Hesychio ὁ λογάριοι sunt: ij aderunt quidem, sed nihil gustabant. Caussa cur abstinent, ne funestarentur. nam quisquis eorum quæ manibus libantur quippiam siue ederit siue biberit, necnatur. Inde in maledictis & execrationibus, nam ē rogo rapere. Catullus:

Vxórnē Meni, sape quam in sepulcreis  
Vidistis ipso rapere de rogo cenam:  
Cūm deuolutum ex igre prosequens panem  
A semiraso tunderetur vstore.

Tibullus:

*Ipsa fame stimulante furens escásque sepulcris  
Querat & à sauis ossa relicta lupis.  
Ia qui lucri caussa nefanda omnia subire non vere-  
cuntur, bustirapi audiebant. Pseudolo:*

*— iam ego te differam dictis meis  
Impudice. B.A. ita est. P.S. scelestè. B.A. dicis vera. P.S.  
verbero.*

*B.A. Quippini. P.S. bustirape. B.A. certe. C.A. furcifer.  
B.A. factum optumè.*

*Neque verò in ipsis tantum exsequiis conficiebatur  
silicernium: sed instaurabatur quotannis scis ad se-  
vulcrum positis, vino defuso & ratis quoque spar-  
sum profusis, auctor Seruius in quintum Aeneidos,  
in scriptio vetus Torcelli:*

LONGIVS	PATRO
CLVS	SECVTVS
PIETATEM	COL
CENT	HORTOS
CVM	AEDIFICIO
HVIC	SEPVL. IVNC
TO.	VIVOS. DONA
VIT.	VT. EX. REDI
TV.	EOR. LARGIVS
ROSAE.	ET. ESCE
PATRONO.	SVO. ET
QVANDOO	SIBI
PONERENTVR	

Dissentit tamen à Donato Seruius in eo, quod à seni-  
bus

F 5

90. VERISIMILIBUS  
bus absurdum ait, & dictum quasi silicinium. En  
Varro meminit Meleagris, vt laudat Nonius. In  
nus exsequiati cum laude ad sepulcrum antiquo man  
cernum confecimus. Ita in ms. repperit lunius: de  
rex iasch olim, cum lauso. Tria in omni funere p  
rae nominat, exsequias, lausum siue, ut nuncem  
ciamus, lessum, & silicernum.

CAPUT XIII.

Mundus. In mundo esse. Satalle. Emaculatus Appula  
item Plautus Persa, & Gellius.

APPULEIUS libro De Asino 14.

Ad h.ec anus subiraior dicere eam sauiore iam valvo  
bebat, quod malum fieret, vel quid repente pellim  
nio pressa quietis lamentationes licentiosas refec

Scribo haud dubia veritate, quid (malum) fera. Ide  
libro sexto primore:

Erant & falces & opera messoriae, modus omnis, sed cu  
etia pauci iacentia, & iuraria confusa.

Lego, & opera messoriae mundus omnis. Mundus on  
muliebris tantum ornatus, sed cuiusvis rei prae  
& parata copia: vnde vulgatum loquendi genit  
mundo esse, de eo quod in promptu & domi ad  
num est, nec querendum foris. Ita Plautus mu  
dum rusticum dixit pro hisdem rei rusticæ indi  
mentis. Mercatore:

Multoperè in mundo rustico se exercitum.

Eodem libro:

Quo meru statim completo caelesti theatro pro sedi fili  
mi sedens procerus Iuppiter, sic enunciat: Deicouf  
pti Musarum alio.

Facillima correctio est, Musarum alio. Norum ab  
abo

ab significari libros magistratum. vt igitur Ro-  
ne in tabulas à censoribus referabantur, qui in se-  
tum lecti, ideoque patres conscripti essent: ita deos  
hos poëticos iocosissimè ait in albo Musarum cen-  
tri; utpote qui commentum poëtarum sint. E di-  
ctio Plauti locum emendandum censeo Persa. Scæ-  
sa, Veterem atque antiquum.

*Sidflat, nā isti faxim nūquam apparet,  
Qui hic alio rete aliena oppugnant bona.*

Nectus enim legetur, meo iudicio: *Qui hīc alio rete*  
*Caussidicos & forenses rabulas alio tamquam*  
*peri vii ait, & vt in hoc pisces iniguntur: ita in illam*  
*bona eos aliis erupta obstrudere & consumere.*

Idem Appuleius lib. vii.

*Tuceta concinnat, apponit satulē, sed præcipue poculis*  
*crebris grandibüsque singulos ingurgitat.*  
Lego, apponit satulē. Satulē est copiosè & affatim  
satullare vetustè satiare est. Varro *m̄p̄i aīf̄ḡiāv:* Ne-  
que in puluerē mythico coquam carnes quibus satullem cor-  
rua ac fannem ventris.

Eodem libro:

*Totis ergo prolatis eruditisque rebus & nobis auro & ar-  
gento ceterisque onustis.*

Legendum, erutisque rebus. Eruerant res à latronibus  
occultatas atque abditas.

Paullò pōst:

*Puerque mihi præfectus imponitur. Omnibus quidem ille  
puer deterrimus.*

Vera scriptura, vt opinor, est: *Omnimodis q. i. p. teter-*  
*minus. Et ita propemodum locum A. Gellij constituo*  
*lib. ii. cap. xix. Ex quibus latenter intelligas, non om-*  
*nes modò diis exosos esse, qui in hac vita cum columnarum*  
*varietate colluctantur. Corrige, non omnimodo.*

Eodem

Eodem libro extremo:

Cuius indēm vel ineptissimo persuadēre possum, atricū  
istam culpa vacare: cū propugnare pedem &  
cere morsibus misello puerō potueris.

Lique mihi deicerare, scribisse Appuleium: &  
remordicibus, & respexisse Plauti illud Aulularia:  
Asini me mordicibus scindant, boues incursum comi-

## CAPUT XIV.

E Quintiliano macula aliquot sublate.

Vs vscum peruetusto M. Fabij libro, beneficis  
optimi & humanissimi viri Melchioris Hittorpi  
scripto quidem eo vitiosissime, ex cuius tamen vnu-  
giis multa boīe lectionis veluti vestigia sagaci-  
doranti sese offerant. Argumento erunt paucula q-  
dam ex libri sexti proœmio:

Te ne consulari nuper adoptione ad omnium spe ho-  
rum patris admotum, te auunculo Piaton generis  
destinatum, te omnium spe Attice eloquentie can-  
didatum, superstes parens tantum ad paenam, amissum.

Primis verbis melius ille, quem dixi, liber: prae-  
motum. Neque enim Quintilianus honoribus ur-  
nis floruit; at adoptione consulari ait filium suum  
paullò antē quam moreretur in spem honorum re-  
nisse. Postea idem liber: te omnium spe acutis eloquen-  
tia candidatum. Facilis erat emendatio, spe ac votū: ac illi  
correctores Atticam eloquentiam somniarunt.

Paullò post:

Boni autem consulere nostrum laborem vel propositio-  
certum est, quod in nullum iam proprium vsum per-  
ueramus: sed omnis nac cura ad alienos, ut alieno mo-  
lis (si modo quid vrile scribimus) spectat.

MS. 711

vel propter hoc cecum est. Emendo, aequum est. Ut dea, sed omnis hec curas alienas utiles, si modo &c. Vnde haud difficulter elicui, quod vatum arbitror: sed quis bac cura alienas vilitates. Adiicit deinde: Nos miseri sicut facultates patrimonij nostri, ita hoc opus alii preparamus, alii relinquemus.

In MS. erat preparabamus. Suspicor scribisisse Quintilianum, properabamus. Certe eleganter non potuit. Catullus:

Cum Medi properare nouum mare. Plautus Casina: Hanc tibi nunc venienti minus grauatae propero.

Properasse autem hos commentarios se gaudi mox diratis suæ ait ipsemet hoc ipso procmio non longe ab initio.

## CAPUT XV.

Pigmenta. Frumen sive rumen. Frunisci. Ruminari. Irrumare. Varronis fragmenta aliquot correcta: duo composita.

E VARRONIS Marcipore Nonius adducit, in Conscribillare:

Astrologi non sunt qui conscribillarunt pingentes calum. Malum, pigmentis calum. Species intelligit animatum, quas in caelo fixerunt Mathematici, pinxerunt & pigmentis suis illustrarunt pictores.

In Optare:

Diogenes qui amicos qui iussus ab Alexandro rege, optare quid vellet, se facturum.

Corrigo, Diogenes Cynicus, qui. & mox: optare; quid vellet, se facturum. Notum votum philosophi est, relatum à Plutarcho, ne sibi apricanti officeret Alexander.

In Of-



In Offendere.

*Dein mittit virile vererum in flumen: offendit hunc  
Volumnio.*

Flagitiosa sententia est: sed scripsit tamen Varrone,  
*in mitte virile vererum in frumen.* Frumen sine rute  
est pars colli qua esca denatur, inquit Festus: de  
de ducta frunisci & ruminari; etiam irrumare, quod  
quid sit me docere piget: hic certe nimium Romani  
a Varrone explicatum est. Ex eiusdem Manius  
laudat Nonius in Altus, Prospiciens & Limus, que  
lim cohesisse non dubito:

*Habet aperte positam alimoniam sedens, altus alieno in  
que post respiciens, neque ante prospiciens: sed linea  
tra limites culinae.*

Acris obiurgatio desidiae est: postremis verbis illius  
sum videtur a. Ocnii fabulam, qui obliquus fure  
torquet, & asinum spartum admordetem prae  
lia non abigit.

### CAPUT XVI.

*Escendere. Exscendere. Nervi extendere. Cicero, Iulius  
Festus, Caelius emendati.*

ASSENTIOR doctissimis viris multa scripsi.  
M. Tullium more maiorum; hoc est, vetustè & mi  
mè ad captum nostræ ætatis litteratorum: quorum  
libris nec vola ne restigium, quod dicitur; cum au  
rum neglegentia, tum bonam partem audacia con  
itorum. testem dabo locum ex Officiorum lib. n.

*Conscriberunt communiter edictum cum pena atque  
dicio, constitueruntque, ut omnes servilis in rostra pos  
meridiem descenderent.*

Quid, malum, hoc magistris in superiorum locis  
descendatur? nusquam factum reperies: & non ex  
cedit.

iusfuisse Ciceronem, quām eundem hic scribisse,  
nūl meridiem escenderent. qui dubitat, similem lo-  
cum videat Oratione pro lege Menilia, siue; eadē  
quām est; de imperio Cn. Pompeij:

& his temporibus non pudebat magistratus populi Romani  
in hunc ipsum locum ascendere.

Obliquidō habet liber scriptus, qui Coloniae in ade  
maxima publicitus seruatur: & his temporibus nōnē  
pudebat m. p. R. i. h. i. locum ascendere? & sensu & ver-  
is longē melius & agitur de iisdem rostris. In eo  
cum verbo sāpe peccatum in Varrone De lingua La-  
tina, nos exemplo uno contenti erimus *ibidem* 111.  
Tertius gradus est, quo philosophia ascendens peruenit. In  
sensu, tesserunt viri docti descendens. Scribe mea fi-  
lii ascendens. Addam locum Episatomo, quem Prif-  
fus adducit libro VII.

Si properas extende buc in meam nauem, ita celeris est.  
Legi enim & hīc, escende: aut certè, exscende. nam in  
hoc verbo & Festi mutilatum locum corrigō. Excede-  
egredi. vbi ms. Cologiensis, Escendere: emendo,  
ascendere. Ut autem Cæciliij versu extenderē migra-  
ti in alienum, ita suis sedibus emigravit in Varronis  
Gatura ḥr. λύγας, apud Nonium Neruiæ.

Scientia doceat, quemadmodum in psalterio est, tenda-  
mus neruias.

Repono, extendamus. Neruias extenderē est intende-  
re siue concinnare fides. Hæc commodūm scribse-  
tam, & communicaram cum amēissimi ingenij iu-  
nene Gabriele Rolandio, familiari meo: cum anima  
aduerti eodem modo ex Vaticano emendasse locum  
illum ex Officiis M. Muretum. Quid quæris? gau-  
sus non mediocriter posse & nobis pro sententia  
excidere, quod doctis placeat.

## CAPUT

## CAPVT XVII.

Flectere comam. Prata. Candida. Trita. Colit. In  
culata multa in Martiale.

MARTIALIS libro ii. Epigrammate

Pectere te nolim, sed nec turbare capillos;

Splendida sit nolo, sordida nolo cutis.

liber scriptus, Flectere: recte, si quid iudico, hoc  
intorquere calamistro. Ita libro sequente ex  
scriptis lego:

Bellus homo est flexos qui digerit ordine crines,

Balsa qui semper cinnama semper olet.

Cincinnati capilli & calamistrati Martialis non  
cent, ut neque impexi & horridi: compositi &c.  
quod inter illa duo tamquam medium est, nou-  
plicant.

## Epigrammate xvi.

Florida per varios ut pingitur Hybla colores,

Cum breve Sicanie ver populantur apes:

Sic tua compositis pellunt, prala Lacernis,

Sic micat innumeris arcula synthesibus.

Atque vnam vestire tribum tua vellera possunt,

Appula non uno que grege terra tullit.

Tu spectas biemem succincti letus amici,

Pro scelus! & lateris frigora trita times.

Versu tertio ms. sepositis colluentes pratula lacernis. mel-  
omninò. Lacernæ sepositæ sunt impates, qua-  
sumerentur: quarum affluent copia subindicat me-  
titudinem parium siue quotidianarum: & elegans  
prata appellavit thecas, in quibus prata vestimentorum  
copia, ut in prato rustico graminum. Me-  
bene idem liber, tua candida possunt: non vt vulgo  
vellera. Candida absolute togæ candidæ sunt: ma-

TYRA

## LIBER TERTIVS.

97

quillo inferius trita dixit pro veste depāni & attrita.  
Pexatus pulcrē rides mea Zoile trita.

abellē lacernis, quæ vulgō pullæ erant, togas subiit  
quæ albæ aut candidæ. Versus postremus,

Prō scelus! & lateris frigora trita times.

menē habet, testibus libris veteribus & sententia.  
Nam enim trita ita frequentarent, ut modō diximus:

agutissimè vocauit frigora trita vestes, quæ laceræ  
vndique admitteren. Ita libro II.

Ese queror gelidásque mibi tritásque lacernas.

Lamus pro sodali & conterraneo assiduo vſitauit &  
libro VI.

Inter Baianas raptus puer occidit vndas

Eutychus ille tuum Castrice dulce latus.

Hic tibi curarum socius, blandimque leuamen,

Hic amor, hic nostri vatis Alexis era.

## Epigrammate L V.

Vate, Sexte, coli; volebam amare.

Parendum est tibi; quod iubes colere.

Nunc epigramma publicatur, supplendum addi-  
versu ex libris scriptis:

Sed si te colo, Sexte, non amabo.

Colere terebant pro salutare & adsectari patronos &  
principes primores siue magnos. Cicero pro Cælio:

qui facilius & nostras obire domos, & ipse à suis colo posset.

Et hebatur autem & in rem amorum, & idem erat  
modus arari, Truculento:

— qui arari solent ad pueros ire melius.

hac ambiguitate lufisse poëtam s. Ipicor.

## C A P V T X I I X.

Rimales. Luna aquilenta. Varro apud Nonium correctus.

M. VARRONI hoc capite operam dabo, sed  
G saltua-

98 V E R I S I M I L I V M  
saltuatum & vellicatum, ut ait ille. Nonius i M  
cescebat.

Varro Serr. περὶ οἰκαριών. Noster Atticus riualis homi  
rus in curiam commaccescebat.

Lego. Noster antiquus riualis domo iturus. Riualis  
vno riuo vterentur; vicini. Ita verti possent  
nientium φράσες, siquidem origo vocis ἀπό των  
των ducta est. In Nobile.

Varro περὶ αἰγάλεων. Tam contremula aquilenta  
alta littora Oriris ac reluces nobilis omnibus.  
De luna scripti delicatissimi trimetri sunt. P  
remium tuisiter corrigo, Tu cum tremula, aquilenta, la  
lentam dixit proprio epitheto, quod humorem  
inducat. In Cädere.

Varro Eumenid. Maximum dum cedit fer  
dere Vlyssem

Cum bacca syluam cedit porcosque traxicat.

Emaculandum haud dubie, Ajax dum credit fu  
sædere Vlyssem. de Aiace furente γέ μαστοφόρος semina  
In Bellum.

Varro ταῦτην ueritas. In charteo studio επιτραπέζω  
quo qui certasset animo, bellus homo magis deli  
Stoicorum pancratio, quam athletarum.

Nescio an scriberit Varro, Agone certasset animo  
sumo. Bellissimum agona dicit esse cultum ani  
doctrinæ studiorum.

In Stare.

Varro Flextabula. Atque si addam, quanta m  
dia mea heredibus meis fiet, quod miseros subleu  
Scribo, quanti m. m. heredibus meis fiet: quod miseros  
In Rutuba.

Varro Sexagesimus. Ergo tum Roma parcer par  
dentes. Vnuere tum in patriam nunc sumus in  
Ver

Ant. M.  
Varia Lee  
LII  
28

ius ibi  
posteriore lego vicerere in partia." Adeò ait dege-  
nasse morem maiorum, ut ipsa Roma iam Roma  
sit, sed scelerum colluicies.

## CAPUT XIXIV

*Bēz ἡ τόλει, prouerbiū. Despectare. Hiscere.*

*Martialis emendatus.*

Ad Martialem, vnde modò discessi, redco. lib. i.  
Engrammate LXXVII.

*Quid tibi cum Cirro quid cum Permeisse lympha?*

*Romanum proprius diuitiusque forum est.*

*Illuc arasonant at circum pulpita nostra.*

*Et steriles cathedralas basii sola crepant.*

Omnino melius liber scriptus: *ad circum & pulpita*  
*re. Recenset loca poëtis veluti consecrata, cir-*  
*cum in quo ludibabant & spectabantur fabulæ; pul-*  
*pita, quibus recitabatur poëmata; cathedralas Gram-*  
*maticorum, & quibus explicabantur. Et urbanè vi-*  
*disertum à scribendo poëmate deterret, cui vbe-*  
*quæstus in foro propositus sit. Contrà causidi-*  
*cam infantem, à foro ad versus ut in opia subsidium*  
*refugientem lepidè ridet in Apophoretis.*

Lemmate, Corculum.

*Pauper causidicus nullos referentia numos*

*Carmina cum scribas, accipe cor quod habes.*  
Carmina aliter concipiunt libri scripti, & veteris è edi-  
Cor bubulum. Rectè, ni fallor: & aliud ad parœ-  
nam sibi τόλει, cùm rem urbanam & lepidam ag-  
redit homo agrestis, & ruis merum, qui que ei per-  
tendat parum idoneus est. Mittit igitur iocose  
causidico cor, sed quale is cūmittitur habet stupi-  
fici animantis.

G 2

Epi.

Nec tamen obscuro pia polluit ora veneno,  
Dimisitq; arcam nobiliore via.

MS. opalluit ora veneno, præclarè. Venenum pallor  
inducit, vnde Virgilius de Cleopatra, pallentem  
te futura.

Rogabit, vnde suspicet mollem virum.

Vna lauour, adspicit nihil sursum:

Sed spectat oculis denorantibus drauox.

Scripti, Desperat. Despicere in flagitiis verbis  
et defendere, Catullo; demisso capite esse, Con-  
ni; aliis alia.

Cui tradas Lupe filium magistro

Quæris sollicitus diu, rogásque.

Omnes Grammaticosque rhetorásque

Deuties moneo, nihil sit illi

Cum libris Ciceronis aut Maronis,

Fama Lucilium sua reliquat.

Si versus facit, abdices poëtam.

Artes discere vult pecuniosas?

Fac discat citharædus, aut choræoles.

Si dari puer ingenii videtur,

Præconem facias vel architectum.

Viueret Orbilius, malum Martiali in mundo  
quis enim ita vimquam locutus est? discat cithara

pro discat cithara. Sed aut ego vehementer em-  
a librariis hoc stigma inustum est poëtæ, legendæ

que, Fac hiscat citharædus. Hiscere conatum loquac-  
magis significat, quam loqui. Virgil. vix pauca fuisse

Subiicio, & raris turbidus vocibus hisco. transferre  
rem Musicam venustissimè. Propertius: Tantum ap-

in pallor  
lentem  
verbis  
le, Cato  
undo  
cithara  
erit.  
egendae  
loquac  
uia fidei  
feruntur  
tumans  
tu m  
nervis hiscere posse meis. Idem alibi de Apolline cum  
cithara ad viuum depicto, *visus Marniore tacitus car-*  
*nare lyra.* Argutè igitur Martialis, fac, inquit, ru-  
to quiddam & indoctum tentet saltim cithara pan-  
gre, præstabo, eum rem facturum.

## CAPUT XX.

Carmen. Carminare. Plautus emen-  
datus Menachmis.

PLAUTVS Menachmis, Scena Per ego vobis.  
Bene autem ora commentau, atque ex mea emendatione.  
Mira sunt quæ hic viri docti commixtuntur, de  
mento & commentarye. Ego si exemplum habe-  
bam, lubens legerem, ora carmentau, aut certè, carmi-  
nam. Ut ab argumento argumentari: ita à carmento,  
quod instrumentum lanæ putandæ proprium, car-  
mentari, aut, vt hic Plautus, Carmentare, videtur  
fuisse in vsu. Certè usitata in eadem re, carmen &  
terminare. Lucretius, quasi carmine lana trahatur.  
Tunc libro ix. Quinisq; lana potat horis, rursusque  
ergitur carminata, donec omnem ebibat saniem. Benè,  
inquit seruus, illis os depexui & quasi lanam carmi-  
nati; alludens ad id quod Menachmus dixerat. Pe-  
tie ospugnis. Hanc tamen emendationem meam ve-  
ram non præsto, vt neque illam suprà, Scena, Ut  
eras mea:

Sed hac res mibi in pectore atque corde cura est  
Quidnam hoc sit negotij.  
Autem tamen suspicabar scribisse poëtam, Sed acris  
mibi in p. a. c. cura est. Scena, Si voltis oculos.  
O salve insperate multis annis postquam conficer,  
Frater.

G 3

Ita

102 V E R I S I M I L I V M

Ita omnes libri, cùm perspicue verum sit, q  
annis post quem.

C A P V T X X I.

Tria Varronis fragmenta apud Nonium compiliata

D O N A T V S Probum ait memoria prodidit  
M. Varrone traditum p̄eros initiari solito: Es  
& Potinæ & Cubæ diuis edendi, & bibendi  
bandi, vbi primum ex curvis & à lacte transierat  
vbi scriptum reliquisset Varro quæsiti, & inveni  
Nonij trias locis disceptam hanc partem libri  
educandis h̄dec̄s, quem Catonem inscribit, fuit  
quodd Catonem sequeretur plurimum. is enim  
quoque de re recepta perscripsit. Eaita compiliata  
Cūm primo cibo & potionē initiaarent p̄eros sacrificia  
ab edulibus Edusa, à petitione Potinæ nuntiari. Sic cum pre  
fari incipiebant, sacrificabant Dio Fabulino; ab Statato  
Statilino, quo: lū nominabent scripta pontificis.  
que verò dubito quin eadem hoc loco de Cubo  
que meminerit; cuius tamen rei in ruderibus Varroni  
nis vestigium, quod sciam, nullum existat.

C A P V T X X I I.

Martiali aliquot locis emendatus. Biuria.

M A R T I A L I S libro v. epigrammate xxi.  
Quintum pro Decimo, pro Crisso, Regule, Marcius  
Ante salutabat rhetor Apollonius:  
Nunc utrumque suo resalutat nonime quantum  
Cur a libō que poti⁹, scripsi: & edidici.  
MS. Macrum. Incidebat enim iste quisquis fuit in  
tor in contraria, hesitante memoria: & augurans

um, quod Crassi & Macri eiusdem gentis sint; utriusque enim Licinij.

## Epigrammate IIII. libri V I.

Nascere Dardanio promissum nomen Iulo

Vera deum soboles: nascere magne puer.

accè ms. promissum numen. Significat imperatorem  
Domitiani filium: nam iij tantum consecra-  
tur. Vnde nota vox Scieri Imp. mirari se fatum  
filiij, cui astra diuinitatem promitterent, spem  
perandi adimerent.

## Epigrammate XI.

Quod non sit Pylades hoc tempore, non sit Orestes.

Miraris? Pylades Marce bibebat idem.

Nec melior panis turdus uee dabatur Oresti:

Sed par atque eadem cana duobus erat.

Nec melior rhombus rectius: & id probat, quod sub-  
dit diuersum genus luxus in volucri.

## Epigrammate XXXIIII.

Inguina succinctus nigra tibi seruus aluta

Stat, quoties calidis tota foueris aquis.

Sed meus ut de me taceam, Lecania, seruus

Iudaeum nulla sub cute pondus habet.

Sed nudi tecum iuuenesque senesque lauamur.

An sola est serui mentula vera tui?

Versu quarto planè legendum, nullus: pro non, ut sa-  
pissime Latini. Sexto arbitror reponendum:

An sola est serui mentula verpa tui?

Eam enim caussam sui tegendi eam alij nescio cui  
sile, Martialis alibi indicat.

## Epigrammate LXXII.

Hinc vidua Cybeles, illinc sacra Vega,

Inde nouum, veterem prospicis inde tuncem.

libri scripti, *liviae Cybeles.* an fallor? an scribula M  
tialis *biuire*, tum eam vocem ut explicaret Gramm  
ticus adiecit, *hoc est; vidua;* eaque glossa in libros pol  
ea irsepsit. Vix est, vt hoc mihi possit eripi. Na  
biuiras *viduas Latinè dici*. Nonius docet ad  
exemplo Varronis: *Ad biuiram venio, cùm vellem sibi  
re quid vellem Metamelos inconstantia filius me reprobat*

## CAPUT XXIII.

*Pompa.* Nihil amare. *Cassa specula, terricula, Mal  
scitor, Muli, Cistellaria Planti explicata, emenda*

**CISTELLARIA** Plauti prima statim fabula  
lenium quærenti Lemniselenæ quo ad illam pati  
Alcesimarchus insinuasset, responderet: per Dionysius  
*Mater pompam me spectatum duxit.*  
In quibus verbis poëta consuetudine sua ambig  
pereleganti lusisse videtur. pompam enim aut appre  
rari sacrificij intelligere licet, vt alias fere; aut ipsum  
Silenum. ad quod exemplum id Milite apatal  
dicitur:

— que me ambae obsecrauerint,  
*Vt te hodie quasi pompam illac preterducerem.*  
Et voluit fortasse notare mores mulierum, qua  
verissime Naso canit, ad huiuscmodi sollemnias  
*Spectatum veniunt, veniunt spectentur vi ipse.*  
Eadem scena aliquot versibus post, cùm puella me  
trem sibi iratam diceret, quod dormum se non re  
cipisset, ex quo ducendam Alcesimarcho vxorem in  
audisset, subiicit eadem lena; *Nihil amare iniuriam* ob  
quæ verba subobscura, &c, nisi fallor, perperam ho  
ctenus accepta sunt. *Ego arbitror hoc velle; non mi  
rum esse, si mater irata sit. iniuriam enim accipere a*

LIBER TERTIVS.

105

ria, quæ nihil amet; hoc est, sine spe lucri sui, &  
cuius animus alibi occupatus sit: quorum neu-  
rum meretriciam disciplinam addebet. eæ enim lu-  
cum tantum, si frugi sunt, amant; aduentores ama-  
nt se simulant, dum id quod volunt auferunt: tum  
menses abs se amittunt, & Lucillij illud occidunt.

Quid mihi ratione hoc opus & tricorne vadato?

Eadem fabula, Scæna Nullam ego me.

Non ecastor cassa memoro nam obsecro unde hac getium.  
Cassa memorare, si locus bene habet, est frustra &  
nequitiam verbis sibi spem facere, cum in re nihil  
sit à nuce cassa, quæ putamen habet, nō cleo defici-  
tur. ita cassam speculam Appuleius dixit, Milesia-  
num III. Quin igitur masculum animum sumis, & cassæ  
caerule renuncias fortiter, & vtroneam te domine tua redi-  
& Afranius cassam terriculam, pro minis inani-  
bus, priuigno:

Numerò inepti pertimuitis cassam terriculam aduersari.

Scæna sequente:

Sed nonne ecastor ego sum iruto inscitor, hos quæ rogem  
atque fatigem,

Qui semper malo muliebri sunt lubentes.

Ita oī. veteres, ut testati sunt alij: verum est, aut veri-  
saltim non dissimile, scripsisse Plautum, mulo insci-  
tor: quod adagionem urbanum & politissimo poëta  
dignum redolet. nam ita & mūlos παρομιώσως no-  
minabant stupidos & hebetes κακαδίτες. Catullus:

Mule, nihil sensis.

C A P V T   X X I I I .

Duūm item locorum in Plauto correctio.

L E Y E mendum contaminavit versum Plauti

G 5 Milite,

Milite, Scæna Nisi hercle defregeritis.

Euge euge euschemè mehercule astitit dulcè & comœdicè.  
Mirum est tamen, neminem monuisse reponendum  
heic, dulcè & comœdicè. De seruo enim semper  
quem ait personam suam præclarè agere, & ita  
in comœdia seruilem egregiè representare. Eque  
cile fuerat maculam tollere è Sticho, Scæna agi  
ire foras.

Nosmet inter nos ministremus Monotrophe. hoc con  
uum est.

Nam vera scriptura est, nisi admodum animis filiis  
N. i. n. ministremus. monotrope hoc coniuvium est.  
Iusit ad morem scænicum, quo in orbem ibat co  
tio à strophis ad antistrophas: ita enim in coniuvio  
poculum à coniuvatoribus porrigitur pocillatio, a  
hi ipsi sibi ministrabant, sine puerorum opera: quod  
monostrophen illud suum symposiu m urbanè vocant.

## CAPUT XXV.

Exigere. Defendere pro arcere. Auere. In Martiali vix  
aliquot emaculati.

MARTIALIS libro vii. epigramma xxvii  
ita concludit:

Sic foras mirentur, sic te pallatia laudent,  
Excolat & geminas plurima palma fores;  
Otia dum medius prestat tibi parua December  
Exigis & certos quos legis aure iocos.  
Scire libet verum; res est hæc ardua: sed tu  
Quod tibi vis dici dicere, Fuscæ, potes.

Rogat scilicet Fuscum sales suos ut cognoscat, &  
quid sui de iis iudicij sit, indicet: &, cupere se qui  
dem verum sibi dici, si tamen id spissius futurum sit,

pote

Ant. M.  
Varia Lee  
LIII

posse cum gratiam, quam ponat in orationibus Fuscus  
ardandis, sibi referre; ut fiat, quod dicitur, mūtuum  
mūli. Hec sententia quo minus in ipsis versib⁹ li-  
berū & clara sit leue mendum facit, versu quarto;  
quod ē fide vetusti codicis ita corrigo, *Exige, sed certa,*  
*rigere huic poētae accuratē perpendere & exāmi-*  
*nate est;* vnde exacta, limata, &c, ut cum Plauto lo-  
quar, amissitata. Suprà libro 1111.

Non tetrica nugas exigit aure meas. Item vii.

Dam nostras legis exigīsque nugas.

Epigt. xxxv. eiusdem libri:

Cum pluias madidūmque Iouem perseverē cegaret,

Et rūdis hibernis villa nataret aquis,

Plurima que posset subitos effundere nimbos

Muneribus venii tegula missa tuis,

Horridus ecō sonat Boreæ stridore decembre;

Stella, tegis villam; non tegis agricolam.

Effundere nimbos, nescio an dixerit poēta; hac quidem  
in significatiōne. certè multò aptius huic loco quod  
mahi in mentem veni, & fortassean Martialis scri-  
bit, defendere nimbos. Notum est, id verbum pro ar-  
cete & repellere ponī solēre. M. Tullius pro Roscio  
Amer. iniuriam nouo scelere conslatam putant oportere de-  
fendi. Cæsar primo belli Gallici; *Quod bellum non in-*  
*vulerit, sed defenderit.*

Epig. lxxx. libri x.

Plorat Eros, quoties maculosa pocula myrrha

Inficit, aut pueros, nobiliusue strum:

Et gemitus imo ducit de pectore, quid non

Tota miser coēmat septa feratque domum.

Quam multi faciunt quod Eros, sed lumine sicco?

Pars maior lacrimas ridet & intus habet.

Labor utremdem, & intus hauet. Plerisque, ait, non  
absti-

108. VERISIMILIVM LIB. III.  
abstinentiores esse Erote, sed prudentiores. idem  
lam reprehendere cupiditatem tam apertam, dum  
&c, quod aiunt, in pectore eadem illa requirere & con-  
siderare. Auere εὐεργητικῶς, pro cupere, unde audi-  
&c auares. Sic Lucilius apud Nonium:

*Gocis non curat codam insignem esse, dum pinguis;*  
*Sic animum amici querunt, parasti diuinas auent.*

Neque tamen inferior posse ex publicata etiam  
critione sententiam non incommodam elici; vi  
poëta dicat, plerosque lacrimas ridere quidem,  
easdem tamen in pectore habere: verum quod no-  
stram illud ergutius videbatur hominibus eruditis  
considerandum proponere volui, si forte quibusdam  
non omnino displicuisse.

FINIS.

Auct. M.  
Varia Lac-  
LII  
25

ANTVERPIÆ EXCVDEBAT CHAI-  
STOPHORVS PLANTINVS, AR-  
CHITYPGRAPHVS, CIO. IO.  
LXXXII. KAL. FEB. VARII.

1742  
LIONE

V  
ERRATA SIC CORRIGE.

Pag. 1. p. principi. tam nusq*ue* m. scribe, tam.  
Pag. 11. xerb. Enni*j*, pugnare suos. scrib. suos.

Pag. 19. noceri posset. scrib. nocere.

Pag. 26. qui & conponandi. scrib. consonanti.

Ead. A*cupare* scrib. *Aucupari*.

Pag. 32. verb. Plauri. ex insperato a portu modo. scrib. ~~modo~~  
zuno modo.

c Pag. 33. verb. Varrois scribe, exta casa & porrecta.

Pag. 39. nobis. scrib. notabis.

Ead. stud bell*a*. scrib. bello.

Pag. 41. in commendandi. scrib. commendando.

Pag. 42. Fagit me, Pomponium de origine iuris Cralon  
Mucii fratrem dicere. hoc igitur muto. de correctione in fac-  
tentia maneo: causas edilleram, deo faciente, ali*vi*.

Pag. 53. Titinnius Bubato. scrib. Barbato.

Pag. 95. locum Episatomo, adde, Cacily.

Pag. 105. rautone hoc. scribe, mutone.

Sique præter hæc erunt, rute, spero, tibi indicabis.



Ant. Murem  
Varia Lectiones  
III





Th  
6092



A. M. V. met  
variae sectiones  
LXXX

